iniquitatibus iusta defessio. Itaqꝫ cũ optimo cuiqꝫ placeret fieri de illis iudicationẽ: francoꝝ natio que huiusmodi factionũ autores habuit semper deeligendo procuratore hodie consilium habuit: quoad poterit impeditura ne rei puniantur. Ceterũ vide embrosi q̃ꝫ nichil habita sunt: tam multa de facinorosis facta iudicia. Hodie quietiore q̃ꝫ alio vnq̃ꝫ tẽpore conuentione designatus est procurator tristandus ille signifer earum turbam quas ipostremo rectoratu factas eẽ nouisti. Ubi nyuardus alterius factionis princeps stetit insultans quietis consiliis nulla talari veste schole morem imitatus. sed pansa in humeros cesarie neqꝫ aures illi neqꝫ ceruix sed neqꝫ frons vlla patebat: putares ex aliquo lenonũ grege in medios scholasticos cerebrosum irrupisse. Sic equidem tu frustra aliquando frustra omnes boni frustra nostra vniuersitas hos petulantissimos grassatores vlcisci conata est. Sed non de meis aut tuis neqꝫ de priuatorũ iniuriis tantum queror. ferre non possum scholam totam huius academi et parentis bonarum artiũ parui a nichil hominibus haberi. despui. calcari. ita vt spretis iudiciis magistratũ inter nos obtineat homo impurus ⁊ bonorum omniũ opinione reprobatus: In felix quis non existimet seculũ nostrũ: quo scholastico disciplina nulla lege nulloqꝫ ordine continetur. Credo ego in lustris et apud lenones etiam turpidinis legem esse positam quaꝫ non impune preuaricantes pretereant. Hic turẽ scelesti et nostre pacis osores fruuntur honorib9. Quã ergo post hac spẽ capias emandationis? Quid non audeat tandem insolens iuuentus: que effrons isurgit i senes? modestas conciões turbat. pugnis cedit q̃sqꝫ obuios. rapit occupat ⁊ distribuit officia? Quid

ad hãc addi nequitiã potest: nisi vt in edes nostras vim inferent? Et hi quid cum suis criminibus intra domesticos sibi parietes securiores habitant. q̃z predones in siluis. Quinimo impunitate elati iactant se duces habere quorum subsidio non modo iudicium et scelarum penam suorum effugiant: sed que flagitia ipsi conceperunt reuera paterent: etiã si ali quoruz necis auctores habeantur. Vale. Ex lutecia parisiorum. x. kal. Aprilis:

¶ Ad dominum episcopum: Massilieñ. cum ad vrbem. Parisiorum venit missus a rege. Ludouico congratulatio pro vniuersitate. Parisieñ. vi.



Riusq̃ huc intrarem magificẽtissime pontifex dictur⁹ apud te hominẽ dignitate famã gloriaq̃ lõge vulgatũ sollicit⁹ erã maxime q̃ te satis digno exorsu q̃ ve maiestate orõis conuenirẽ. verebar enĩ videri tibi parũ vrbanus qui monasticos ritus potius q̃z ciuitatis mores edidici. verum vbi te hoc loco primum cõspexi et sum intuitus grauem hanc faciem tuam et totius corporis tui compaginem: consolata est me benignissima humanitas atq̃ sapiẽtia quas virtus simul cum etatis grauitate impartiuisse tibi deum crediderim. Accedit ad nostram cõsolationem magna parẽtis nostre vniuersitatis studij parisieñ. auctoritas cuius ego nomie situa magnificentia feret nũc sum paucis locuturus. Enimuero postq̃z sapientissia parẽs nr̃a te accepit xp̃ianissimi patris sui re-

gis vices gesturũ et summa apud parisios potesta te potiri: decere arbitrata est post ciuiũ exhibitas ti bi ꝯgratulationes suam quoq̧ adiũgere · vt que in ter regis illustrissimas filias progenita est et habe= tur · te patris loco veneraretur et gratitudinem im partiret suam · Nõenim estimare potest magnis et animi muneribus non esse a rege patre suo ꝯproba tum qui ad regni primariã vrbẽ (rector) sis destina= tus · In qua cum superioribus annis visi sint tã cõ spicui homines presedisse facile cõiectamur ad ge nerosos tuos mores et hanc pontificiã dignitatem prudentiam quoq̧ · industriam · diligentiaʒ fidem: probitatẽq̧ esse coniũctus · ita vt qui inter primos regni iudices iugiter conuersaturus es ames et co= las iusticiam · litteras quoq̧ et doctrinã non parui= pendas qui videlicet pre oculis semper sis habitu rus precellentissimos omniũ artiũ autores quibus velut splendidis luminaribus parẽs nostra vniuer uersitas et per eam orbis xp̄ianus illlustratur · Ne q̧ frustra certe sapientissimus rex magnam de tua virtute spem accepit qui memoria tenet q̃ʒtus apd̄ Renatum sicilie regem extitisti: qnanta benignita= te et modestia: quanta amplitudine et maiestate quadam principandi prouinciã fueritis longo tem pore moderatus · Ita enim apud prouinciales tum statutis et bonarum legum institutione: tum mode sta tributorum dispensatione prefuisti: vt nullũ illic municipiũ oppidum nullum nullaq̧ ciuitas te pa= tronum et et patrem (suum) non appellet · Habet ꝓpterea gr̄as ingẽtes gloriosissimo pr̄i suo regi nr̄a parẽs vniuersitas q̄ te talẽ ciuitati sue p̄ficere voluit presidẽ ⁊ rectorẽ · Cõciuib⁹ xp̄o nr̄is ⁊ vrbis parisio=

rum incolis ꝯgaudem⁹ ꝙ tuo ductu tuo patrocinio
ac ꝓtectione formati tranqlla moderatõne fruent
Tue quidẽ dignitati atq; magnificẽtie sapientissi=
ma ipsa parens gratulat· Optat salutez et prospe
ritatem cõprecatur sempiternam· Prosperitatem
dico qua diutissime viuas ·qua lutesiam parisioruz
gemmatã reddas· qua litterarũ ⁊ bonarũ artiũ pa
rentem nostram vniuersitatem ames: coles ãplies
et facias tua ope et patrocinijs auctiorem· In qua
re procuranda nichil est quod ad tuam gloriã mai⁹
addiscere possis· Carolus enĩ ille magnus et diu⁹
rex atq; imperator et bellicis rebus et rerũ publica
rum iustissime sibi videret ingentem supra moduz
gloriam peperisse· illud tñ omne quod egregiũ ges
serat obscurũ fore censuit nisi hoc celebre studiũ: ni
si hoc sapientie domiciliũ et litteraruz gymnasium
apud parisios collocaret: plus de splendoris ⁊ glo
rie posteritati relicturũ se arbitratus cura et institu
tõne litterarie q̃z bellice claritatis· Celebratur etiã
ille cecrops cõditor athenarũ sed ampliorẽ sibi lau
dem meruit pisistratus qui primus apud athenas
libros palam exhibuit relegendos· Esdre quoq; sa
cerdotis gloria propter legem dei et libros instau=
ratos facta est auctior q̃z propter desolate vrbis hi
erlm restitutionẽ· Nec ptholomeũ philadelphũ tan
tũ illustrat regiuz diadema q̃z bibliothece constru=
ctio in quã supra quingẽta millia librorũ digessisse
memoratur· Adeo prestat ceteris rebus amor ⁊ cul
tus litterarum quas si seculi homines plurimi sum
ma veneratione coluerunt quid faciat dei sacerdos
et põtifex. Quid facias celsi⁹ magnificẽtissime pre
sul q̃z altricem atq; educatricem sapientie tutari·

Tibi rex gloriosus cũ parisiorum vrbem et ciues cõ
mendauit intellexit quoq; vniuersitatem ipsam stu
dij esse cõmendatam in qua cũ due precipue virtu-
tes principentur iusticia et sapientia: alteram sine
altera recte moderare non potes. Illa in perniciem
malorũ gladiũ exerit hec qualiter distringas docet.
Afferrẽ tibi ex egũptijs externisq; nationib⁹ exẽpla
nisi fecũdissimus esses rex gestaruz hoc vnũ nostri
ad te aduentus causa cõmemorasse satis sit si illu-
strem hanc parentem nostrã defensandaz suscipies
francorum pariter ĩperiũ et religionẽ catholicã tu-
taberis. nam vt multa celeberrima et memoratu di
gna pretermittã: hec vna ẽ que reipublice saluti sẽ-
per consuluit que malleo veritatis contudit errores
que se fidei hostibus magnis viribus opposuit. Ad
quam non ex gallijs modo: sed ex terris omnibus
que christum colunt confugitur cum de sacris insti-
tutis et diuinis rebus quedam dubietas insurgit.
Orat igitur tuam dignitatẽ atq; prestantiam sup-
plex totius discipline parens se et suos alumnos sa
pientie professores commendatos suscipias. Assis
eis tutor. assis pater, assis pontifex. cuius officio
maxime congruit clerum dirigere et in clero littera
rum et prudentie sectatores ĩ primis honaratos ha
bere. si huic voto pie vniuersitas assenserit tua beni
gnitas ea tibi se offert inexpugnabilẽ muruz aduer
sus tue dignitatis ĩimicos. ea se apud deũ patronũ
tue salutis constituit et in rem tuam quicquid consi
lij habet se impensuram magno animo vouet et to-
tis precordijs profitetur. Tu illam tantum com-
mendatã vt amplecteris ꝓna ⁊ supplex efflagitat.
¶ Roberti gaguini de eligendo in suo ordine

SI constantis satis hominis officiũ esse putarem conlachrymari/⁊ plorare ego ipse imprimis viri fratres in cõmuni oĩm nostrum merore oculos in lacrimas conuerterem Accusaremq; profecto acerbissimam sortem nostram que nos eo pastore p̄al uauit· quem deus ipse nobis scd̃m cor suum contulisset· Pio namq; ⁊ mansuetudo pastore nobis per immaturam mortem erepto :video singulis vobis grauissimum merorem iniectum·sentioq; diuersos apud se diuersa cogitare. Et quosdam quidem immortalis dei aduersus naturaz decreta obstupescere: Alios autem de fortuna conqueri. per cuius inconstantiam is ordini nostro sublatus est gubernator· quem nos ipsi fere omnes ad mortem antecedere putabamus quem sperabamus huic nostre religioni decus et gloriam [vt ceperat] allaturum· Uerum quia neq; dei statuta: neq; fati ordinez nostris fletibus immutare conceditur: in hoc publico nostro dolore fallacem in longos dies hominuz: spẽ et repentinos mortaliũ casus attendere debebim⁹ Datur siquidem nobis ab opifice reruz deo vita ista perfragilis· Quãtum vero longe progredi et dies nostros in illa deducere ꝑmissuz sit ignoram⁹ Illos [vt de se propheta ezechias ait] ĩ ordiẽdo succidit interiẽs· alios ĩ mediijs ãnis mors ĩexpectata p̄occupat· ecce [hei dolor] ecce inquã nostri ordĩs amãtissimũ. patrẽ integra adhuc etate robore vt videbat̃ firmissimo viuaci spũ. breuis hora ꝯsumpsit. Neq;

enim plus diebus quattuor: febribus atqꝫ profluuio ventris elanguit. Homo proculdubio religiosissimi patres in quem cũ natura multas corporis dotes cõtulisset: super quoqꝫ induxerat deus animi virtutes q̃zplurimas: Preter enim membrorum aptissimaz compaginem et carnis nitorẽ [quo gratior in dies exurgebat] tanta quoqꝫ mititate atqꝫ facilitate erat vt quem exasperauerit ueminez reperias. Quippe qui cũ beniuol[9] in omnes: tum liberalis et magnificus esset. Nichil in illo auaricia: nichil tristis tenacitas vendicauit. Audiui ego ex medicis quib[9] cum frequenter versabatur: excogitatissimũ aliquod artificiuz in eo dominã naturã fabricasse. Sed ne nos foris testimoniũ queramus: ad laudes eius celebrãdas satis ydonei testes acceditis q̃ felicissimos hominis mores: et dulcissimam humanitatẽ vna mecũ estis experti. Nam puericiã atqꝫ adolescentiam in dei seruicio ita egit: vt ad colendum deum: et diuinas res exequendas nullo tẽpore nullo momẽto defuerit. attentus semper et vigilans ne quid de septenis diei horis sibi deflueret. Rem vero diuinã et corporis christi misterium tam sollicite tam frequenter egit: q̃z solent questuosi sacerdotes. Age vero de vicariatu quẽ ante susceptũ maiorẽ ministratum gessit quid dicã: in illo enim tã digne versatum esse satis est signi: ꝙ defuncto pastore: vos illum concordibus animus delegistis antistitem. Quam dignitatem a vobis susceptam nõ inerti otio passus ẽ elanguere. Primũ enim ad visendos fratres iter ingressus: singulas domos vestras adiuit. visitauit. emendauit. improbos castigauit. stabiliuit innocẽtes. inde vero domũ reuersus regiam parisiorum vrbẽ ha

bitare statuit. Non vt quidam oblocutores mentiti sunt. Exercende voluptatis nō dilatande glorie causa. Illic enim in adeundis scholis in colendis doctis hominibus tam sedulus visus est semper q̄ȝ videmus iuniores/ quibus est magistrorum quotidiana coactio. In comparādis preterea amicis/ nemo magis sollicitus apparuit. Ita vt in totam vrbem atq; inde in multas orbis partes fama percurreret: maiorem ministrum humanum esse: beneficum esse: magnificentissimum esse. & dignum profecto cui pōtificium deberetur. Per hanc sui nominis gloriam quo triumpho captiuos: quos ex garnata superioribus annis ipse deduxeram susceperit: iam vel vidistis vel diuersi audistis. Introeuntibus enī nobis in vrbem tanta fuit totius ciuitatis admiratio: leticia: fauor tanta festiuitas: tantus deniq; per vias & compita applaudentis turbe concursus: q̄ȝtus ad visendū exterum quendam maximum regem visus est vnq̄ȝ. Quid autem postea subortis ciuilibus bellis effecit: ijs notum est quos ille domi famulantes habebat. Itaq; rebus publicis quas seditionibus agitari videbat: amarissime primum condoluit. verum summa illi suboriebatur de fratribus suis anxietas: quos oculis videre quos consolari: quos cōfirmare non poterat. Illos siquidem ne deuiis abducere error verebatur: non iustius conditionis humane: que in malum prona: dum rectorem abesse & alio detineri presentit: tota ruit in vicium. Inter hos timores atq; pro suo grege desumptas sollicitudines pius pastor morbo conficitur. prolabitur in grabatum. decumbit in mortem. Qui mox de vita anime sollicitus corpus medicis curandum exhibens: aim

confessione mundauit. Ne<del></del>qꝫ mestissima voce aduocans: nulla est inquit roberte frater: nulla ē tam iucunda et suauis societas quā non dissolui morte cōueniat. Atqꝫ sub hac voce sanctum eucharistie sacramentum verum anime pabulum sibi dari precepit: nec mora debile corpꝰ sacro atqꝫ postremo oleo inungi postulauit Sicqꝫ circūstantes fratres admonens: orabat sui corporis depositionē deo cōmendarent. Post hec tertia fere hora que prima fuit post meridiē aduentantibꝰ amicis/ qui decumbentem/ ꝛ extremum spiritum agentem solarentur: controuersa in oppositum parietez facie: protensa ceruice: quieto admodū corpore: pastor noster radulphus vita defunctus est. O triste spectaculum. O inanes mortalium cogitationes et curas. Abeunt lachrymantes amici relinquunt traiectum morte cadauer. Lugent fratres qui aderant mitissimo separente destitutos. sine vita sine spiritu corpus plorantes conspiciunt. exalatam vero animam in celos deferri precabantur. Pretermittam dicere que pompa: quis amicorum globus: que populi turba in efferēdo funere confluxit. Et quoniā aliam rem acturi mox sumus: me vos admonuisse satis sit: tenere memoria qꝫ fluxa et breuis est humana conditio. Meminisse vero perenniter huius nr̄i pastoris qui vos in hac sede salutaribꝰ montis instituēs: saluos vos fieri omnes vehementer optabat. Cui vt nos postremas exequias persoluamus: pro illius anima commendanda funebrē domino psalmum decantemus. De profundis. ꝛc. ¶ Jtem queritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Non sum dubius viri fratres tanta circūspectione vos esse: vt de futuro quē

petimus pastore sententiã ferre possitis: que vobis
vestroq; sit odium salutaris. Quocirca pro vestra in
telligentia nostram orationẽ moderabor. Ita vt no
stro officio satisfecisse nos magis: q̃ȝ impresentia-
rum vos docere voluisse facile iudicetis. q̃ȝq̃ȝ i hac
questione que de dispensatoris fidelitate proponit:
non parua suboriatur dubietas. Nam marianã illã
que est apud salustium sententiam veram esse iã pri
dem euentus rerũ comprobauit Multos scilicet nõ
eisdem artibus imperium atq; dignitatẽ querere ⁊
illam gerere susceptam. quorum et sunt honesta ini
tia: quesita tamen simulatione dignitas illos plerũ
q; reddit insolentes. veniunt ad vos [inquit salua-
tor xps] in vestimentis ouiũ intrinsecus autem sunt
lupi rapaces. Cautionum propterea atq; probitatẽ
vestram ad hanc rem quam agimus intendi vehe-
mentem postulamus. Primũ ordinis vestri statum
consideretis oportet. Deinde quis illum instaurare
quis sanctimoniam suscitare quis in susceptum re
ligiose conuersionis propositum dirigere fouere et
consolari vos possit. Si vestre religionis exordium
memoria repetitis si inspicitis q̃ȝ controuerse nunc
omnia prolabuntur: veniet forte in mẽtẽ nemo q̃d ad
gerendũ in fr̃os ministratũ vir satis idone⁹ habeat
Seniores enim et principes nostri qui primum has
siluas et paludes coluere calcatis terrenis delicijs:
spiritu fauentes deo soli seruire contendebant. Et
quod te primis christi fidelibus lectum est erat illis
cor vnum et anima vna. hoc est mens eadem. eadẽ
voluntas. vna ad honestas res consensio. Corporis
autẽ eaten⁹ curã faciebãt: quaten⁹ ipsũ spiritui sub
seruiret. Parcimonia subigebãt illecebras huilita

te superbiam: petulantiam modestia: vanitatem & omnem turpitudinem morum sanctitate cõterebãt Erat enim summo in deum pietas obseruatio feruor. In custodiẽdis mandatis dei vigilantia lõganimitas perseuerantia Erga maiores suos dilectio amor reuerentia. In ꝯfratres caritas misericordia paciencia. sine inuidia: sine contentione conuersabantur null⁹ in alterutrũ dolus. Circũuentio nulla nulla indignatio. Pulchrum erat audire illos concordi voce in ecclesia psallentes. In refertorio per summum silentiũ pariter conuiuantes. Absq; vero strepitu in dormitorio nũc orantes: nunc breui se sõno refouentes. Quid vero de capittulo dixerim? illic simplicissimus quisq; vitium: errorem culpam: confessione nudabat. penitẽtia tergebat. & delebat satisfactione vidisses illos alacres operari manib⁹ quotidianũ cibum scientes quia qui non laborat nõ manducet. His sanctis moribus effectum est vt hĩc roma. hinc omnis gallia: illĩc vero longe lateq; hispania & maior britannia nostrum ordinẽ cognosceret: cognitũ susciperet. susceptũ exaugeret. Nõ potest inquit dominus noster supra montẽ posita ciuitas abscõdi. neq; virt⁹ quidẽ vlla sine nõis diffusione celari. virtutẽ semꝑ gloria subsequit. Quãdiu latuerit honestissima ꝓbitas & vite sctĩmonia: deniq; tũ elucescit. An nõ vobis pr̃es seculũ illud aureum et vita illa fere ãgelica merito dici videbitur. ĩ qua mortales hoĩes vite puritate. iã nõ ĩ terris cũ hoĩbus sȝ ĩ celo cũ beatis spiritib⁹ regnare videbantur Nõne deliciarũ locũ claustrũ esse recte putabim⁹ si illic et ĩj quos dixim⁹ mores: et illa virtutũ societas haberetur? nũq̃ȝ tot in locis [mihi credite] diffusuȝ



ordinē haberem⁹:nisi maiorū nostrorū ꝓbatissim⁹
ideſſz meritis acquisitū. Sed nos q̄z longe ab his
institutis deuiātes aberrauerim⁹/ si pergūt memo
rare. temeritati forsitā ascribetis qui ausim hoc lo
co silliendos mores patefacere. Ego autē in dicēdo
sic agā. sic linguā tēperabo viri fratres. vt nemo se
orsū nostra se oratōne sauciatū. sed vniuersos in sū
ma corripiēdos intelligat Qua ex re q̄ hoīe quo pa
store ꝛ [vt vere dicā] cēsore nobis op⁹ ē nō ignoret
Itaqꝫ cōtrouersia a veritate i pessimā nescio quā vi
am sum⁹ oēs: nos a dei cultu ad mūdanos ritus iā
pridē sum⁹ elapsi. nihilomin⁹ q̄z tēplo dei iseruire
cogitam⁹ psalmorū tedio afficimur. grauis est no-
bis oratio. Canoras cū āgelis cū in choro voces: ve
lut nutricū fescēninas estimam⁹. Corpore stātes vl
incurui. hinc oculos. illic mētē habem⁹. nichil nobi
est suauitatis in ea re. quā voce. quā habitu quā lo
co fingim⁹ simulam⁹ mētimur. Viuim⁹ an mis dis
cordib⁹ hic forū. hic mercaturā. hic publicos popu
li cōuent⁹ et venatorias idagationes ille aliud q̄d
turpi⁹ quod nolli dicere cōsectat. Sibi querit/sibi
rapit quo vel suā voluptatē expleat/vel suos infar
ciat. Sancte vero cōmunitatis iterea tā memor est
q̄z vl latro per siluas/vel pyrate p maria. Irreligio
sitatē profecto nostram discolitatē nr̄am ipudenti
am me pudet meminisse. Age vero q̄z sobrios dum
cibū capiūt q̄z silentes ꝛ pudicos in cellis q̄z trepi-
dos et humiles fratres nostros esse dicenius. illorū
crapulam atqꝫ ingluuiē dicere memorare clamores
et petulātiaz temeritatem atqꝫ inuerecundiā repe
tere refugit oratio. Atqui nullus est locus qui apd
nos sanctior habeatur Passim cachinnātes passiz

ſurrantes inmouero vociferantes inſtar viliſſimorū hominum nos videbis. Pro obſeruatione cōtumaciam ꝓ obedientia repugnantiā pro beniuolētia ſimulationem/pro honeſtate turpiloquiū noſtra conuerſatio ſuſcepit. O deus immortalis quibus in tenebris verſamur? Que nos caligo inuoluit? Patentibus oculis ceci ſumus. Scientes volēteſq; perim⁹ Ve vobis [inquit yſaias] qui dicitis bonū malū et malū bonum factio vobis eſt induſtria. Multis ei eſſe comunez et notum humanitas appellatur. Cō potare ſcortari. aleam ludere comitas eſt. quis veſtri propterea ordinis ſit ſtatus luce clarius cognoſcitis. Obſcuri q̄dez ſumus Et de nobis nulla in bonum fama celebratur. In eſtimatione in ore hominum vileſcimus. Et qui deuz: eiuſq; traditiones cō temnimus ab hominibus relinquimur. ſpernimur et ad nichilum fere redigimur Domus noſtre deſerte prope ſine habitatore corruerunt. Maioribus in locis in quibus frequentiores fratres eſſe oporteret vel rari ſunt vel nulli. Et illi quidem ſeculares facti habitu: inceſſu: geſtu morib⁹: vita: laycos ritus profitentur. Sed nimis forſitan vos vrgeo. noſtras iniquitatis audire iam erubeſcitis. Atq; vt videre videor: optatis ſordes iſtas. iſtas prauitates diluiſ ea que officiunt. que virtutem necant amputari. inſtaurare ordinē et tāq̄z modo genitos infantes regenerari atq; inſtitui ad vitā ſāctiorem. quod ſi huiuſcemodi eſtis querend⁹ eſt ſumopere diſpenſator q̄ moneat dirigat. īpellat. cogat quē audiam⁹ quē ſeq̄mur. quē iuuem⁹. de quo [q̄m de veſtro ſtatu ſatis diſſerim⁹] reliquū ē paucis vos hortari. Nā ab illo vno quē ducē aſſumetis: reliqua futura vita vr̄a

vel in confusionem vel ad gloriam resurget sempi
ternam·ꝓinde sub exordio vobis proponitur. Jaȝ
queritur inter dispensatores vt fidelis quis iuenia=
tur· ¶ Non parua viri fratres impresentiarum sol
licitudo nobis incumbit· cuȝ nunc hominē ex ordie
nostro assumere quē nostris ceruicib⁹·nostris capi=
tibus:nostre saluti ꝓponamus Censeo propterea nt
chil iprudēter:nichil leuiter·nichil temere sed oīa
cum animi ratione/et meritorum omnium discussi
faciamus·Et nanqȝ prudentis egroti discretio per
spectanda diligenter· qui propulsande valitudi=
nis causa·non quēuis sibi medicū· sed prudentem
sed peritum·sed expertum·et medice scientem ac=
cersit a quo dum latentiores morbi fibras cognoue
rit salutem accipiat·Cuius etiam caution is non in
scij viri militares·cum de sibi prefigendo ducem cō
sultant·eum callide disquirunt·qui ad labores per
ferendos fortis·ad disciplinam militarem instru=
ctus in agrediēdis arduis strēnuus·in vitādis peri
cul' circūspect⁹ existat·Nā minore qdē cura q̄ȝ egro
tū aut militē esse nos decet·Illi eī seruādi corporis
cāȝ agūt·Nos de imortali spiritu gubernādo ꝓui=
dentiā suscepim⁹· Cui⁹ vulnera[spūs dico]infeli=
ces pugne:mortes deniqȝ:morte carent.Carnis enī
dolores pene·cruciat⁹ suo īteritu finiūt·male aūt di
recti spūs lāguor erit sēpitern⁹·vellē igit' ꝑ has dif
ficultates oīpotentem illū·et cūcta scientē deū celit⁹
illabi·magnifestis idicijs talē viruȝ nobis ostēdere
qualē eē eū q̄ hāc p̄sidētiā gerat necē est ita vt cōtē
platione moyses·diligenti aut ministerio aarō essȝ
vel sikis cuiusq̄ȝ eoꝝ q̄s sacre lr̄e maxia laude cōmē
dant· Nō q̄ venator vt esau:nō q̄ muliebri vt epycu=

rus alo torpesceret· Sz reuera bonũ hoiem si litte-
ras scrutabimur: facile est nobis effingere· Inueni-
re vero difficillimũ· Nam vt est in iudiciũ hystoria
cũ de preficiendo sibi rege ligna siluarũ cõsultarent
non oliuam: non ficũ: non vitem. arbores fructife-
ras habere potuerũt· Ex quibus fructiferis arbori-
b9 boni pastoris mors cõiectari licet· Ita qꝫ in oliua
mititas quedã ꝛ clementia pulchre figuratur· Pa-
storis enĩ lenitas et blandea mansuetudo vt optimo
q̃sqꝫ hortãdo subleuat. ita deteriores interdũ inflec
tit mitigat pacat· Quãobrem de fatribus corripiẽ-
dis. Paulus galatas admonens ait· Uos qui spiri
tales estis hmõi instruite in spiritu lenitatis: sic9 au
tem heroycũ virũ ꝛ contẽplatiõe sublimen exprimit
qualẽ esse dispensatorẽ quẽ querimus oportet· Nec
esse ei est eũ qui medius inter deũ ꝛ hoies statuit non
insciũ atqꝫ ĩfrunitũ esse· Omis inquit apostolus põ
tifex ex hoib9 assumptus pro hominibus cõstituitur
in ijs que sunt ad deum· In vite vero ex qua vinuz
producitur feruor quidem legis et rerum diponen
darũ in domo dei plana demõstratur· Ad dispensa
torem nanqꝫ spectat tam feruentem esse vt suarum
edium sordes expurget· euellat: mundet: Propter
ea inqt paulus ad titum reliqui te crete: vt ea quesũt
corrigas: Dispensatoris igitur hi mores esse debent
benignitas: clementia sapientia: caritas zelus ꝛ fer
uor discipline· Quas res si in vno aliquo nostrum
vix habere poterimus: cauendum tamen nobis est
ne quod de lignis siluarum scriptum est faciamus
Nam cum neqꝫ oliuam neqꝫ ficum neqꝫ vitem regem
habuissent: in prauum conuersa ligni ramnum si-
bi regem assumpserunt· Per ligna nempe siluaruz

sacris interpretibus placet steriles et vanos hoies intelligi: qui honestis moribus abiectis ramp̄num id est infructuosum atq; iniquū aliquem sibi proficiunt: qui suos electores q̄m illis est persimilis in sordibus facile iacere permittit Est eni ramp̄nus gen⁹ fruticis spinosum ꝛ asperum. In quo sterilitas malignitas duritas rigor designatur presidētis. Qui more rampni dum tangitur pūgit ꝛ vulnerat. Cuiusmodi si dispensator erit: oīa ī peius ruant necesse est Si ei vlla est in subditis feritas: vlla insolentia: si quis ad iniquitatem procursus: hi sunt lenitate primū admonēdi. Non asperitate. nō pūgentibus spinis stimulandi. Ea eni re in viciū precipites eunt potius q̄z reuocentur ad virtutem. Ezechiel eni homo ꝓpheta cū ad populuz captiuū in babiloniā venisset: prius sedit et fleuit: deinde miseros cō solatus de futuris illos edocuit. Et rector quisquis est bonus cū creditam sibi plebez vicūs captiuam esse resciuerit operepreciū faciet: si mores quietus primū īquirat deide cōmiserescēdo lachrimet: postremo vero q̄ optima factu nouerit adhortet ꝛ iubeat Quāobrē his aīaduersis dilectissimi fratres vos ꝑmonendos dux quis vester status que vestre religionis condito cognoscere. Attendere diligeuter futuri dispensatoris mores comuersationez vitam. Et si vnq̄z vobis aīo incedit vestrum ordinem suscitare in gloriam videre in vobis viros qui sanctitate prepoleant? qui doctrina sint validi: extollite aliquando oculos: circumspicite quem ex anteactis operibus spectatum satis habeatis. Si forte quisq̄z in vobis aliquando visus est in dirigendo ordine sollicitus alacer prout dus. Si nullum laborem pro vestro honore refuge-

rit· Si omnium que iussistis fuerit fortunatus exe=
cutor· Si cogitarit· si dixerit· si re compleuerit sem
per ea que vestris vtilitatibus conducere videban=
tur· Nichil more sit in hunc vota vestra vestros con
sensus dirigere· Is profecto est quem quesitum dis
pensatorem mea sentia bonum fidelem pbum vtilē
inuentum habeatis· Si quis vero contra timidus
omniū et velut annicula vecors ad focum et cineres
delituit: si sibi tantū ipse curi fuit: si nichil pulcher
rimi facinoris est aggressus: sed superbis forte mo
ribus sese ponderauit insolens factus siluis notus
feras insectans: si īpinguatus domi ventrem nonsē
sum exacuit. si suos cōtrectauit īprobe: si īde aliȷs
malignatus suo se arbitratu iudicarit: persuasum
michi feci optimi patres vos illū hse preconitū: et
nequaq̄ꝫ inquirere huiscemodi dispensatorem· Igi
tur iam finem faciemus· vos tn̄ oratos volo rectos
et cauto animos habere ad eam rem. Ex qua si re=
cte succidet: cōmoda vos multa subsequēt· Sin cō
trouerse· q̄ꝫdiu vita fruemini eius amarissime peni
tebit· Apud ceruū frigidū incōctione gn̄ali orō· An
no dn̄i. 1473·

¶ Ad Joannem regem portugallie
dum parisii ageret. Anno salutis· M·
septuagesimo sexto. oratio viȷ·

Quamq̄ꝫ ego in ipso aditu salutatio
nis et venerationis mee rex inclite sub
uereor· Ne cum officiosus esse maie
stati tue studeo temerarius puter: pro
pterea quod monastice paruitatis non sit celsitudi
neꝫ regis adoriri: atqꝫ id orando tētare qđ primo
res ciuitatis exsequuntur: summa tamen caritas et

sanctissima amicitia qua te rex noster xpianissimus inprimis prosequitur virtus itam plurima quam de te apud omēs fama diuulgat me vel in abditissima heremo latitantem ad te visēdū euocasset· Non enī aduentui isti tuo gratulari non poterem qui et regi et francis omnibus esset perfestiuus neqȝ postpone re michi fas esse putabam hominem regem in quē tot corporis et animi dotes natura collocasse predicatur feras ergo rex precor vt tua virtus postulat pusilli sed bene tibi optantis hominis presentiam. feras gratulatoriam sine fuco adulationis vocem que in hac omnium admiratione dignitatis et virtutis tue minime tacere potest. Littere namqȝ cum leguntur si priscorum hominem memoriam admirabilē reddunt·cur tua nos iocundissima presentia tui·generis claritudo tua spectatissima sapientia in admirationem·⁊ tuas laudes non excitet? Fuisse multos scimus quos sola fortuna quos generosissima prosapia quos magnitudo meritorum ad regnum euexit: Hec profecto tibi omnia rex generosissime suffragantur. Tu rex ex regibꝰ ortus: regis nomen et meritum adeptus es· Et ne tue nobilitatis primordia neue alfōsi braui a quo tua origo deducitur insignes victorias repetem altius: id de tui generis claritat vere dicerē possimꝰ vidisse nos etate nr̄a magnos xpiani orbis pricipes ex tua illa nobilissima portugallensi domo comiuges quesiuisse magnaqȝ virtute preditas mulieres fide constātia pudicitia sanctissimas feminas adequasse· Quarum alie iam vita functe sunt· Super ē alia castelle verus regina q̄ tua ē soror Superes te et lōgo vtinā euo supsis magnifice prīceps q̄ nō veterno atqȝ desidia passꝰ es

acceptum a maioribus regnũ diminui. sed fortitudine temperantia religione diligentia ceterisq̧ que in optimo principe esse debent virtutibus maiores tuos exuperas. Ita vt hanc corporis et membrorũ omniũ quã in te cõspicim⁹ elegantiã non incassum natura tibi donauerit: quam studueris robore et cõstantia animi suffulcire et decorare factis illustribus. Quis enim te non splendidum meritoq̧ predicandum regem dicat: cuius gesta miratur orbis christianus? Tua virtus victorẽ exercitum ex affrica semel atq̧ iterum reduxit. Tua virtus validissimas vrbes saluatori christo/subiugauit. obtriuit inimicum nomen mahumeti. vexillum nostre redemptionis erexit. Digniora sunt hec q̃3 excusiones nõnullorum: quibus vicine vrbes subruuntur. Sed superfatis ad virtutem esse iudicasti eu3 persequi hoste3: qui non modo tibi sed christicolis omnibus esset inimicus. Qua in re ⁊ corporis firmitudo et animi tui non superabile robur ostenditur. Age vero preter bellicas tuas laudes quanta predicaris gloria rerum domesticaru3. Fama est modestissime rex fama est inquam: nec puto mendax: familiam tuã totam et longos famulantiu3 tibi ordines tam modestos tam temperatos et quietos cõuiuere/q̃3tum vel bene compositos in monasterijs esse decet cenobitas. Que res addit ad alias tuas laudes gloriam non minimam. Nemo enim nisi ingenio preditus bono: et celsa animi virtute roboratus res militares simul et domesticas facile administrauit bene ꝓpterea ꝙ in bellis semel effusa licentia: vix ad modestiã ⁊ frugalitatẽ priuatarũ rerũ soleat reuocari. His tuis virtutib⁹ adducti nõ in disertũ exiul

mus videre arundinem vento agitatã: sed erectissi simam velut in aliquo templo columnã in qua virtutum omnium preclarissima exempla affixa sint. Ceterũ preter hec que in te vno corã intuemur illud item non vacat laude: q ad gallas et francorũ amplissimum imperiũ ab ipsis ferme herculeis columnis rex hispaniensis venisti societatẽ atq amicitiã christianissimi regis expetisti· coniũxisti· fide firmasti. Nulla enim gens est [quo verbo nullis nationibus detractum iri velim] Nulla est gens toto orbe: cuius societate atq amicitia consultum rebus tuis magis esse possit. Primũ q tota ferme hispania mari circumfusa solis francis continentur ꝯiungitur deinde ꝓpter vetustissimã gentis tui iperij originẽ et lõgissimas cum nostratibus hoibus cõsensiones animorũ Tradit enĩ strabo auctor geographus celtiberos id est castellanos[quorũ tua est ditio]a celtis qui franci nunc appellant eẽ ꝓgenitos· Constat quoq multos iam annos iter francie castelleq reges itemerata tam societatẽ perdurasse· Gentis igit exordiũ et longissime societatis consuetudo te ad francos recte sane ꝑduxit· Est quoq aliud nõ tibi rex gloriose contẽnendũ· Quod quia facile pernosti: et iã ad finẽ vergit oratio frustra ne cõmemorẽ? Ea ẽ rex optime gẽtis galloꝝ in bellis gerendis virtus. ea in societate seruãda firmitudo· vt q̃s iuuãdos susceperit galli eos vel suis sedibus pulsos restituerit vel ab iiuria defenderint vel aluerint oĩbus fortunis destitutos· Ita vt formidolosa sit oĩ terre galloꝝ manus· Circũgira si placet aĩo singulas orbis ptes. Nullã iuenies q̃ monumẽta virtutis galloꝝ nõ habeat· quis asie atq orientis priscos reges olĩ stipauit ꝓtexit· muniuit? gallo

rum virtus. Quis ad delendam surgentis romani imperij gloriam propius accessit gallorum virtus. Testis est capitolium cuius vigiles aduersus irrumpentes gallos garrulus anser excitauit. Testes sũt vndecim maximi romani pontifices quos sede electos franci reges fusis romanis reduxerunt. Et germania quidem tota [licet ferox] testis est: cuius barbarissimos mores caroli magni temporibus franci suppetias socijs ferẽtes domuerunt. Scis ipse magne rex castellanis regibꝰ q̃ȝ cõmodi fuerint franci cum inter henricũ petrũq; de regno castelle contendentes Bertrandus conestabularius francꝰ victoribus armis intercessit. Nolo in notissimis tibi rebus diffusius peruagari. Abunde michi ẽ ad congratulationem incidisse tibi consiliũ eam gentem eũq; regem ĩ societatẽ atq; amicitiã virtute ⁊ meritis tuis comparasse ex quibus quicquid siue bello siue pace gerendum duxeris firmũ presidium ⁊ gloriam possis adipisci. Quamobrem cum in te sint magnanime princeps et valitudo corporis potens et virtus animi precelsa. cumq; iam sublimibus factis maximorum regum gloriam equaueris cum socium et amicũ regẽ xp̄ianissimũ eũdẽqȝ potẽtissimũ nactus sis tibi gratulãtes primũ oramꝰ memineris regis ⁊ populi frãcoꝝ erga te beniuolẽtie initã societatẽ firmiter asserues amicitiam sanctissime colas. Eiꝰ rei gratia certant viritim om̄s tibi applaudere. tuisqȝ rebus perẽniter obsequi. Atqȝ ego marie si q̄d ẽ q̄d meus ordo poss.t id totum tuis iussis offero tuis votis p̄sto atqȝ patũ eẽ denũcio. Illud vnũ ⁊ quid sub calce orõis a tua liberalitate verecũde postulãs cũ l regnũ illd magnũ castelle felix aduenerĩ fr̄es mei or

dinis q̄ istic·i regno portugalēsi tuo sūt primi ꝯmē
datos suscipias·susceptos diligas·dilectos ⁊ obsq̄
osos tue maiestati ꝓfoueas:ipse ego piter cū illꝰ p̄ces
ferā ad celos ex qbꝰ bene semꝑ ꝓsperādi virtꝰ aliq̄
tibi demittat· ¶Ro ga·Petro buryo· li·

Excepi litteras tuas a sene q̄ruloso et iā
bustū sapiēti tabellario ābianēsiū ciui
trastis· Quē nō caballariū sed nec asel
lū recte vocaueris. Et ci veternosū atq̄
diu emeritū iumētū qđ in deserta pascua iuste ꝓscri
bas· Nā preter nichil expetit·edendi ptinax· Nūq̄3
nisi prandij tempore ad me venit· nec salario contē
tus:petit alimētū· Rideo certe hois suspiria ⁊ que
relas et inediam semꝑ simulantis·nec tamē dimit-
to a me hoiem nisi aliqua mercedula pensatum. Ti
bi autē cui per tuam senectutē molestū nō est michi
scribere gratias habeoq̄ nō nescius q̄3 longe suaui
ores sunt a te hoc tp̄e date littere. q̄3 cū per iuuētam
lasciuus exilibas· querit abasq̄ xborū splendorem
et tinnitū vnde moueretur auditor· Jā vero postq̄3
etatati grauitas et sapia accessit· orationi q̄q3 tue
gratia simul et maiestas ꝯiuncta est· Quare te oro
ne tremulentia ista que manus tuas occupat a scri-
bendo auocet·sed qđ arte studio mēteq̄ conceperis
per scribam domesticum litteris cōmitte. Si te mā
cū natura formasset·nōne ideo ingeniū atq̄ ai p̄cla
ras dotes tabescere atq̄ euanescere ꝑmitteres?vte
re petre aliquo qui scribendi tibi suppleat officiō q̄
te audiente legat qui videndi caliginem atq̄ mole
stiam leuet· Omni eteni etati desidia turpis senectu
ti viciosa est:si nō cōsiliū et animi opa[duz pōt] per

fruatur. Hystoriarũ mearũ compendium iam tertio impressuum est. Sed quandoquidez sub epithoma te scriptum edidimus plerosqꝫ breuitas offendit. Ergo me hortantur producere opus ꝛ breuissima q̃ sunt dilatare. Constitui cõmoditati consulere legentium et laxare q̃ sũt angusta superadditis paucis q̃ deesse videnẗ hystorie. v. kł. iuł.

¶ Robertus ga. Epo matisconeñ. S. liij.



Nullũ in rebus humanis est beneficium quod hominũ vel incuria vel iniquitas fere non deprauet. Protulerat germania inuentũ suũ de arte impressoria. quo vno magnũ litteris lumẽ ꝛ vitatis studiosis auxiliũ allatũ ẽ. Nã que i tenebris volumina diu iacuerãt: luci sunt inde restituta. atqꝫ ita emendata: vt nihil purgatius desiderari potuisset. Jam vero multiplicatis eius operis artificibus oĩa redũdant mendis atqꝫ erroribus. Quod viciũ cũ in multis: tum in compendio quod de francorũ annalibus ediderã supra q̃z vellẽ compertũ habeo. idqꝫ imprimis ex eo quod parisii impressum extitit volumie peruidere potuit lector eruditus. Ea propter scdo imprimendum curaui idqꝫ lugduni vt illuminatius veriusqꝫ opus haberetur. Ex hiis igiẗ que lugduni meo iussu impressa sunt vnũ tue dignationi volumen mitto. vt illd primum multis obscurum mendis oĩo abiicias me autem ex eorum numero existimes qui tue sunt obseruantissimi bonitatis. Uale colendissime michi pater. Ex diui maturini parisieñ. cenobio. xiiij. kł. decẽbris: Robertus gag. tibi deditissimus.

Robertus ga. Jodoco badio. S. liij.



Eſtinanti nuncio feſtinatas et pro
pe tumultu arias dedimus litteras
In culpa ē gaufridus librariuscui
curam commiſeras me in tempore
conuenlendi vt ad te ſcriberem.
¶ Codicns de beſſariones pro pla=
tone defenſione ad me miſſos cum
meo volumine contuli. Qui dimidiati ſunt/ e tto=
tius operis vix dimidium habent nec eodem ſtilo
uec perpetuo ſed truncato ⁊ manco abbreuiati ſunt
ita vt videantur a prima et nondū ſatis examinata
editione eſſe deſūpti Ideo eos tibi remitto. ¶ Meū
vero librum ſi patronus tuus habere cupit:exhibe=
re illi non recuſo. Id tamen te iodoce ſcire volo:vo=
lumen pulcherrimꝰ eſſe caracteribus ſignata habēs
rubro capita/cum totius libri maieſtate quadam.
Quamobrē illud maxime carū habeo preſertim cū
ſit vnū ex ijs que ipſe beſſario viuens imprimēdū ca
ſtigādūq; curauit. Que cū vera ſint egre ferrē librū
maculatū aut ꝑditū iri ſordidis manibꝰ impreſſoꝝ
Igitur id curandū a tuo patrono erit:vt vel hic: vel
lugduni exſcribat et meus codex maneat incōtami
natus. Si lugdunū vehi velit:cōſtituat hic fideiuſſo
rē de libro mihi ītegro atq; īpolluto reſtituēdo Ego
his cōditionibꝰ morē tuo patrono ꝑlibens geram.
De epl'is ⁊ opuſculis noſtris que apud me diſperſa
eſſent q2 admonuiſti me ea ſi inueniri poſſent coge=
re obtēperaui tibi Cōgeſta ad te mitto:cū epl'a quā
prefationis loco tibi cōfecimꝰ. Si imprimenda vt
ſpero et vt polliceris curabis:ea nō alijs codicibus
ita agglutines vt ſeparari non poſſint ſed ſeorſum

valeant vno libello cõprehendi. ¶ Recognoui pre-
terea per hos feriarũ dies tractatulũ quẽ supra ãnos
sex de cõceptione virginis [sicut nosti] edideram. ali-
qua in illo mutaui. addidi item pauca. Hoc tu mi-
chi iodoce indulge: vt imprimatur purgatissimis lit-
teris et grandiusculis ad eũ modũ quẽ in meo codi
ce inuenies cũ annotationibus que margini insunt
atq; ita lege vt si quod te offendat verbũ: illud emẽ
des ad metri constantiam. Si impeditus eris quo
minus id michi prestare possis: remittito domũ vni
uersa. Hec enim sunt archytipa: quorum nullum a-
pud me exemplum manet. Uale.

¶ Robertus gaguinus Laurentio burello do
ctori theologo Carmelite. S. liiij.



Um tuam laurenti pater ep̄lam le-
gẽ: nisi alioquin michi notus esses
in suspitionem alicuius tue in me
assentationis confestim venissem.
Scaturiũt ei laudibus que vtinam
vere dici mee possent. Sed scribere
te sic intelligo ob cõpendium quod
de francorũ annalibus a me nuper editum legisti.
Nec arbitror te secus ac sentis scribere. Religiose
enim est grauitatis a blandicis et palpationibus esse
alienũ. Conscius tamen sum quantulum temporis
in ea re consumpsi. Egrotabam profecto et fraudãdi
morbi gratia noctu maxime cum quieti nõ daretur
locus feci ex longa hystoriarũ serie epythoma. Cui
ita euenit: vt impressorẽ sinistro sydere adirer: male
de litteris merentem: et sui quidem cõmodi fameq;
apprime incurium. Cuius vtinam ignorantie nulla

me portio attingeret· Esset enim opus suis mēbris atq intersectionibus multo distinctissimū· sed quā quidem emissum ē: nulla meo honori via consului: q̄z altera ipressione potest· Quāobrē ab integro recognitū meū laborē et non inutilibus appēdicib⁹ ampliatum lugdunensi ipressori [Jodoco badio hortante] commisi· Itaq ex ipsius eruditione atq diligentia spem capio ipressure melioris· Tuum igitur optime pater erit dū hec secūda ipressio cōplebitur litteratos viros hortari negligere priores illas sordiculas impressorum et comparare sibi emendata et erratis carētia volumina· Uale apud maturinos parisiorum·xiiij.kl̄·Januarias.

¶ Robertus ganninus Jodoco badio· lvi·



Edimus ad te litteras, non paucas postremas maxime ꝑ robertuꝫ quē dam in italiā proficiscētem ante dominicum natalē quo tp̄e ipse grauiter egrotabā femoris tanto tumore vt inde michi vltimam diē expectarem· Decubui eo morbo mēses tres adeo mēbrorū oīm officio destitutus vt nō nisi alienis virib⁹ mouere me possē· Iā dei benigitate exsurrexi et paulo plus limace ingredior baculi presidio fultus· Meis te lr̄is badi hortabor sollicitū eē opusculorū meorū que vt imprimēda darē ipulisti· Qd differendū esse aiebas ob susceptā impressionem librorū iohānis de partibus. Nūc ne ꝑmisi obliuiscaris tui itez atq itez maxīe oro· Cura iplere qd pollicit⁹ es· nā ꝙ exēplar hēs toti⁹ opis mei epl̄az dico et lucubratiōis de cōceptu v̄gineo nec mihi q̄cq idē re

hũ·

tinui ad molestiam michi esset deperdi quicquid est vi
gilarum mearũ. quãq̃z scio illud minimi fore. sed in
est cuiq3 aliquid simiarũ non dissimile q̃ licet specie
deformes sint feturã suam tamen amant. Ergo ba
di sic age: vt cui9 principiũ dedisti id ad finẽ vsq3 p
ducas. et quũ ipressum erit aliquot ide ad me volu
mina demitte. Uale. et tuo patrono meo noie cõmẽ
dationis officium exhibe. Ex parisiis. xviij. kal.
maias. ¶ Robertus. g. Carolo ferrãdo. S. lvij.

BEne admodum michi mereri de verita
te videris: qui tua vel scripta vel dicta
cupis ab amico libere iudicari. Nichil
enim nocentius est hominum integrita
ti q̃z vicia eorũ vel dissimulando preterire vel assen
tando probare. sed q̃zq̃z odoraret in tua epistola ve
stigium caracteris tulliani: non temere quippiam
in te committere assumebã: quo te a me taxatum iri
putares. sunt enim pleriq3 scriptores q̃ cũ sua omĩa
castigatissima esse sibi persuaserint alieno se exami
ne reprehendi indignantur. sed vt grauioris culpe
non admonere amicũ scelus est: ita leuissimos quos
q3 lapsus insectari inhumanum. Que cum ita sint
non verebor posthac si quid tuorum ad me operum
referetur illud examussim scrutari ⁊ quasi p cunicu
los penetra rei abstrusissima studia tua si forte alie=
num aliquid in tuos vsus furto sustuleris. q̃zq̃z id si
raro fit arguendũ nõ puto. Nã bona ps eloquentie
imitatiõe q̃rit̃ q̃ tñ nõ ĩtegris orõnib9 fieri sz simĩlitu=
diẽ cũ gñis tũ stili et formap varietate vt ẽ quĩtilia
n9 locupletissim9 testis pcedit. Itaq3 si tuo exẽplo

plenas ex cicerone periodos tanq̄ suas q̄s cōsuerit: furis potius q̄ imitatoris nomen recte consequet· Eiq facile conueniet is qui de graculo aliarū volucrum pēnis decoro fertur apologus· Nā in promptu est cuiq mediocriter sapienti: more hystrionis aliena veste desumpta vel se regem vel philosophū simulare: et se exibere nesciētibus quod nō est· Quare te volo carole sicut iactantiā semper vitasti: ita studeas ꝓpria tua oratione que imaginē cuiuspiā ꝓbati auctoris representet cōponere q̄ sis post hac scripturus. Vale· Ex mea bibliotheca: ij. nonādecē·

¶ Ro·ga Marcillio ficino. S·lviij



Irtus et sapientia tua ficine tanta in nr̄a maxime academia parisiī· circumfertur. vt cum in doctissimorum virorū collegijs: tū in classibꝰ etiam putuorum meritorū sunt illis preclari labores tui quos vt platonem latinū redderes desūpsisti· auget gloriam tuam plotinus ex schola platonis latinꝰ a te factꝰ Legūt p̄tea atq ī p̄cio habēt alia lucubrationis tue volumia ꝛ familiares ep̄le· qbus oībus: pleriq nostratiū scolasticorū ardēt te facie nosse ꝛ intueri hoīem a quo tā preclara doctrine monumenta prodierunt· Inter quos hic meus amicꝰ gancerus barterius italiā petens constituit videre te: non minore studio capiende eruditionis q̄ plato egyptios et gaditani aliquot liuium romā pertinere feceris vir optime ꝓ sapia atq estiatioe tua si iuuenē lr̄arū cupidū ad te admiseris: addiderisq illi etiam vltra currenti stimulos ad doctrinam ca-

pesendā. Uale ex parisijs. kl. septēb. M. cccc. xcvi.

¶ Ro. ga. priori diui thome Cantuarieñ: lix



Uanq̄ȝ longa nos terre et maris intercapedo corpore seiungit: par tamen in x̄po caritas [quantuȝ de te religiosissime pater speramus] animo conglutinat. Nam et si ambitōsa contentione principes digladiētur: ij tñ qui x̄po militant pacem sibi a suo celesti rege relictaȝ custodiunt. Qua quidē spe adductus nichil distuli ad caritatem tuaȝ paucissimis scribere quo scias me nunq̄ȝ oblitur̄u vltro citroq; legationis nostre quā supra paucos annos de beniuolentia et pace inter meum tuumq; regem componenda seruandaq; gessimus. Que eni similis causa nos ad amicitiā aliquando promouit: eadem nūc firmatis amicitijs: amicissimos efficere dȝ. Mitto ergo tue caritati libellū quē dē virginis marie conceptione grauissimo tenasmi morbo liberatus edidi. vt sit tibi monumētū amoris erga te mei. Addidi preterea elegiacum de miseria hōis conditione carmē. Que licȝ minimi a te existimari poterunt. talia nichilominus sunt vt ea propter sui breuitatem aspernari non debebis. Uale ex Parisijs. iij. nonas Iunias. M. cccc. xcij.

¶ Ad ministros ordinis in capittulo generali Roberti gaguini oratio lx.



Uod sepe p superiꝰ bieniū optauerā: et a benignissimo oiȝ patre deo votis oibꝰ sedulo postulaui vt elucesceret aliqñ dies i quo vos dilectissimi fratres hoc lo

phane arbitraris? Nō enim vni orbis angulo ita ad dicti esse debemus: vt parui reliquū habeamus. Iudeo et greco se paulus debitorē esse ꝑdicat. Non piguit augustinum affrica relicta mediolanū ꝓficisci. Hieronimus rome valedixit vt in palestina docrine deditus bethleē hītaret. ex vltima hispania vt titū liuium rare eloquentie hominē viderāt romā nōnulloi conuenerunt. nōne egiptios plato petiuit: ad caldeos bragmanasqꝫ inde ꝓfecturus si bellic⁹ per eā gentem furor eū non tardasset. Verus est xpi sermo qui neminē in sua patria prophetam esse confirmat Ipse nosti stephane hāc parisiorum scholam ab alcuino et quibusdā philosophis scotis imperante carolo magno exordiū accepisse. non minor te gloria manet si te preceptore subtilis illa scoti theologia ꝑ hispaniam docebitur. Quare age et virili aīo publiblico omniū commodo consule. non te alligatū gallia teneat. Omne solum inquit ouidius forti patria est. noli occasionē negligere: que nomen et gloriam tibi est paritura. Vale ex parisijs.

¶ Ro. ga. Arnoldo bostio Carmelite. S. lxxiiij.



Ota tua bosti epła laudum est plena mearū immouero ita redūdat vt non tam me laudare q̄ꝫ blandiri michi [quod pace tua dictū sit] studuisse videaris. sic enim laudis aceruos extruis. quasi ī me vna oīm disciplinarū cōsummatā gloriā cōtulerit. Qd etsi amicitia ductū id te facere ītelligo vellē tñ rōem officij tenuisses. ꝓspectū hñs q̄d te q̄d me q̄ꝫ decuisset. nā q̄s medestos ⁊ tēꝑantes religio atqꝫ hūilitas

facere debuerat:eos nec palpationes et blandimenta proponere·nec illis oblectari oportet·nec monastice institutioni congruit simile aliquid habere temistoclis:quã dixisse solitũ ferunt:eius se vocẽ libenter audire a quo sue laudes apte narrent· Ego vero contra bosti pro mea q̃ plurima est ignorantia atq; ruditate laudari erubesco· Quippe qui illud cuz socrate tm̃ scio q̃ nichil ferme scio·quare te oro:agas posthac de me aut scribendo loquendo modestius· Satius est restare tibi quod laudes q̃z amputes: Quod laudationi nimium adieceris· quod si tumultuario prope et precipiti meo illo carmine quod de matris dei puritate aduersus contaminatorem illũ vincentium te ĩpellente scripsi quicq̃z tuo bene iudicio meritus suz satis abũde erat te te inter piissimas orationes annumerare me quem celsitudini virgini commendares·quid enim amplius sperare debui ab homine qui terrenis se opibus abdicarit·qui aliorum adminiculis & piis sub sidiis sese vitamq; sustinet:sed nec [si caducis ita vt spũalibus diuitiis exundares] compensari a te laborẽ meũ prestolarer·Eadem enĩ caritate adductus sum vt scriberẽ q̃ tu ad scribendũ es sepe numero cohortatus ad quam rem argumentũ sibi esse potest q̃ tibi vni cões volui esse versiculos donec p̃bauisses·Sic profecto te admonui:ne illos sineres libros eẽ:ne vecuipiã crederes illos nisi remissos ad me vltiã oĩno lima castigassẽ· Debuit igr ĩ te illa cautio eẽ ne festinata editõe op⁹ ip̃z & amicũ tibi hoĩez risui exponeres·caue oro bosti q̃cq̃z vltra de toto opusculo ĩ publicũ p̃das· Recẽsita est a me to

ta ſeries operis: intēde abſterſe. Recepitq; in ſe ca
rolus cōmentariolos cōdere vt ſub obſcuriores loci
illuſtrētur. Quos abſolutos vna cū verſiculis nr̄is
ĩprimēdos curabo. De his q̄ vel badi⁹ vel ipſe āno
taſti: alia feſtinationi nr̄e. alia librario danda vicio
ſunt. Nec tamē talia ſunt q̄ prudēs ⁊ amicus lector
bene interpretari nō poſſit. Curatorē philoſophuz
fuiſſe pria ſolenſi atq; athenis xenocratē audiuiſſe
lectum eſt q̄ cū poeſis ſtudio teneretur: ad triginta
verſuū milia vt ait laertius commentaria reliquit.
Quē tñ ideo a me aut empedoclem poſitum eſſe in
meo opere eſtimare debes: quaſi hi ſoli aragnē ad-
mirati ſint pendentē telas ordiri. Sed eos vicē te-
nere eorum qui ad ſcrupulū ſingula queq; appende
re meditantur: cū hec vſitatiſſima mime puideant
Nec deniq; carmē illud: dic mihi vincenti ⁊ noſtraz
vi pfide ſenti: quadrabit ſi perfide vel profide lecti-
tes. Eſt eni pfide legendū. Illud q̄z badio difficulta
tem afferre nō debuit quod ait ſe in hoc carmīe ſi-
gnaſſe. Eua nocens gentē olim enixura caducā. Nā
ſi verbū cōmutes omnia ĩtegra ſunt. ad hūc modū.
Eua nocens olī gentē ⁊c. Ceterū q̄d de fomite p̄heſū
a badio eſt: id niſi ex ſententia oratij excuſari non
poteſt. Qandoq; bonus dormitat omerus. Cuius
rei gratia tu boſti ine xcuſabilis es: qui neſcioquo ar
dore titillatus: tue potius libidini q̄z meis hortatio
nibus inconſulte paruiſti. Nam ea natura carmi-
nis eſt. vt in multos annos repoſitum tandem exa-
minetur et edatur. Ideo illud iterum refricabo
caue boſti vulgatum eas: quod tibi reconditum eſſe
debet Et de his hacten⁹. Habeo tibi et moniali vir-

gini non vulgares gratias ꝓtuis ⁊ illius religiosis
munusculis: tñ quid iohannis ibi euangeliũ voces
non intelligo· Speraui primũ euangeliuꝫ ipsũ totũ
sub illis calamulis inclusum esse: sicut de iliade ho
meri plinius tradit quã tenuissimis mẽbranis scri-
ptam vna nucis testula continebat· si quid aliud sub
ipsis nodis deliteat: tu michi litteris tuis explica·
Nõ eni ea temeritate ducor vt cũ alexãdro gordij in
gũ gladio dissoluã· ꝙ si post hac ad me scribes lras
confice grãdioribus elemẽtis· Minutissimi siquidẽ
caracteres tui caligãtibꝰ oculis tenebrescũt Uale·

¶ Ro· ga· Roberto de horto theologo doct· lxxv.



Beunti tibi cũ tornacensiũ antistite
gratulabar maxime: ꝙ illũ tui ꝓmo
uendi maxime studiosuꝫ: et te illi or-
namento fore exspectabam· ita vt in
vtroqꝫ parasse michi beniuolentie et
amiticie presidiũ arbitrarer· Sed tã
terciũ mensem agis: cũ mei nõ recor-
datus siluisti: de tua fortuna nichil renuncians· si
regie et primatum domus obliuiosos homines red
dunt: vellem scholasticus ꝑmansisses. Fruerer tuo
contubernio: confabulatione delectarer: et doctri-
na proficerem· Age oro amicissime roberte vt vnus
tuis toto anno litteris intelligamqꝫ solide inter au
licos viuas· qꝫ bene tecum agatur· qui ex schola in
curiam traductus es neqꝫ posthabeas martinuꝫ ne
potem meum: vt a presule cognoscas si illum in su-
am familiam recipiet. Neqꝫ eidem cõmendes tuis
verbis. Uale ex parisijs xxiij· iunij.

Ro. ga. Guillermo de ruppeforti. Can. lxxvi.



Inualuit podagra vehementer: et me dextri pedis officio prope destituit Consiliū est parisios q̄ztum patietur valitudo repetere. vt morbum cyrurg⁹ curet: qui me sibi dolore aliquando leuauit. Restat post me hic meus oliuerius qui receptas ad legationem instructiones ad me per ferat. Institues preterea caduceatorem qui me comitetur si haberi poterit germanice sciens. Nec ora maxie cures. Curabo ipe sanari. Ambasie: iij die ian̄:

Ro. ga. Jacobo vimperselingo spirensi. lxxvij.



Ittere tue in legatiōe michi heilde berge agenti nocte fere concubia reddite sunt: Vixq ocium fuit eas perlegendi propterea q scribendis eplis ad legationem nostraz ptinentibus occupatissimus eram. Percucurri tamen omnia celerrime. Nec quicq̄z offendere fuit: preter lyricum illud tuuz quod neq excogitasse te neq me legisse vellem. Est enim aduersum inmeritissimi regis consciam non probe quod tua venia dixerim scriptum. Naz cum de regum maiestate nichil contaminate loqui deceat. tum eius le di maiestatem minime oportuit quam neq tu vnq̄z neq alter rōnis gestorum ipsius ignarus insimulare iuste possit: Edere igitur in illum elogia parum temperantes est īgenij et eius presertim qui eloquētie gloria celebrantur. cuiusmodi ipse te esse arbitrarer nisi illud nemini preter me carmen communefactuz assereres. Consules ergo modestie et honori tuo

si hoc ipm non luci et fame: sz igni et fauille cõmit-
tes. Atq3 vt te commonefaciam rerum quas in re-
ge franco non iure accusas: animaduerto duo esse
quorum gratia regem in iudicium adducis: repudi
ate primum vt ipse censes margarite maximiliani
filie regis romanorum. accepte preterea in vxorem
anne que maximiliano desponsata vulgo ferebatur
Que duo in controuersi sic profecto posita sunt: vt
vtrumq3 dilluere facile sit: si epistola admittere sed
iustam epl'e magnitudinem excessero: si totius cau
se attinentias per curram. Perstrigam tamen pau
cis questionẽ. Margareta austrie annum nondum
agens quartum ad Carolum dalphinũ viennẽsem
impuberem concepti ad pacem matrimonij deduc-
ta est. eadem defunct o vita caroli patre. Ludouico
post aliquot annos ad patrez suum necdum adulta
remittitur. Omitto in hac re ꝙ ante pubertatem in
anis est impuberum ad nuptias assensus & dum a-
dulescũt liberum illis eẽ sponsaliorum penitere. Que
lex et ecclesiasticum institutum presenti quod dete-
staris negocio conuenit maxime. Et ne forte nesci-
as. rex romanus margarete pater pactum de nup-
tijs semper improbauit: tum ꝙ a flamingis se incon
sulto et reclamante conflate cõiurateq3 essent. tũ ꝙ
grandis plus equo dos erat filie cõstituta & ꝙ si frater
archidux presore moreretur accessione hereditatis
augeri nimis potuisset Nec defuere ex maximiliani
domesticis: qui ad refellendas mox nuptias constã
tissime di.famerent francum regem renuente patre
occupare puellam atq3 distinere. Atq3 vt hec faci-
lius admittas: paterne qu ãdicimus repugnãtie ar

gumenta simul accipe· Dum virguncula apud ludouicum inter nobilissimas feminas educatur nullū in filiam amoris indiciū durus pater ostendit· neq beniuolentiam in regem vllam exhibuit: sed neq simulauit· quin potius futurum [si volet] generū bello frequenter lacessiuit· Anglorum quoq regi quem francis hostem esse pueri non nesciunt federe se coniunxit· recepto cingulo quod iarteriam vocāt tybie ornamentum anglis insine· Id reuera facere maximilianus hostiliter visus est· qui carolo innocenti regi socer sperabatur cuius amicitiam gener expetebat· et quem nullo vnq̄ facto aliquādo contristauit· Alienum ergo a regia maiestate nimis profecto erat eā ducē vxorē quā iuit⁹ repugnās p̄ tāq̄ sibi ereptam repetebat Igitur margereta que pacis causa futura vxor venerat: cū nichil preter graues inimicitias et bellum allatura videretur: cupienti patri non iniuria remissa est· Quiescam alia plurima que regis innocentie suffragantur epistole consulens breuitati perscribere· De britonibus deinceps agā· Bello britonico quod optimo iure Carolus susceperat contra adnitentibus anglis maximilianus subsidium diligentissime mittebat: suppetias britonibus ferens· Hinc bella diutissime trahi cum dissimile vero non esset: visum est amatori et studioso pacis carolo optimum fero tollere contentionis causas que a pace maxime abhorrebant· Nec spes alia quietis compendiosior occurrebat· q̄ a franco rege traduci vxorem cuius gratia pleriq principes et ante alios romanus atq anglus britones

tueri adnitebantur. Ducitur ergo anna a carolo con
iunx: et vna cum virgine britonum potitur princi-
patu. Atq; his nuptiis caste religioseq; celebratis
illud feliciter accidit vt britonū omnium summa as
sensione pax patrie reddita sit. Cuius penitere ro-
manum regem indecorum est: cum persepe antea ia
ctasset ideo auxiliari se terre britonice: vt rebus vt-
cumq; compositis pax geniti conueniret. Nec est q
cum liuore [iacobe] existimes francum regem ditā
di sui concupiscentia ad has nuptias properasse.
Quippe qui ante connubii tempus magno regionis
portione potiretur: et legitimo proprietatis iure tu
catū illi pertinere cōstabat. Sed pacis consideratio
pacificum regem adduxit. pacem britonibus dare
federe coniugii. Quo romanus rex minime vt ple-
riq; autumant offensus est: quasi matrimonii lege ob
noxiam illi virginem carolus occuparit. Itaq; ne
quis calūnietur modestissimun regem incōsulto et
temere coniugiū appetisse. nichil ille qd ad religio
nem et honestatem ptinet priusq; legitimi thori le-
ges iniret preter misit. Eniuero puellā q nūc regi-
na est i primis et eos quos rex ei⁹ custodes curatore
q; habebat iurisiurādi religione addictos diligēter
pcontatus est quidam hoc esset qd de maximiliani
mrimonio fama circumferebat. Qui sctā et innocē
ti fide de testati nullo cōiugii federe cuiq; hoim vir-
ginē addictā eē asseuerauert sed simultū fictāq; ad
cautionē z strategeia belli mrimoniū fuisse ne vt bri
tones frāco regi se dderēt a bello qd i eos mouebat
carol⁹ abstieret. nec ribi fecerit fidē destinati ad cō

nubsiuz procuratores · qui tametsi quattuor coisset
nulli tamen eorum erat coniugij gerēdi decreta po
testas · Quod vnū iuris maxime prouidentia cau
tū statutūqꝫ est Huic potissimuz vero duo libri sexti
capita astipulantur · Unum titulo de electione · Si
quis: alterum titulo de procuratoribꝰ · Si duo: scri
ptū deprehendes · quorum hec snia est · Rem spūa-
lem nomiue alieno gerere nemine3 posse: nisi qui p
se et seorsum vnicus negocij gestor sit constitutus ·
Si legittimo quoqꝫ aliquo gestore nuptiarū fedus
cōtractū erit: illd nihilominꝰ ratū a dño haberi deco
rū est · Qd in eo de quo disceptatio est negocio omis
sum constat Caroli igitur nullo peccato margarita
ad patrē reducta et anna britonū princeps in legit
timam vxore3 recepta existimari potest · Egi regis
causam q̄3 potui breuissime · q̄3q̄3 alijs auxilijs plu
rimis adnixa longe diffusiꝰ ꝯfirmari possit Tu nūc
iacobe sine inuidia pensiculate scrupuloseqꝫ cogita
to: ne iudicij staterā [quo forte ipse cupis] nequiter
inclinare permittas · Libelli quem de conceptu vir
nis a me editum scribis nullam tibi comunionē ex-
hibere possum · Quippe qui apud me nō extat · Tu
um autē quē eode3 argumēto et stili genere Quod
sequitur carmen a me aduersus tuū epigrāma scri-
ptum eodem animo profer quo tuum tituli · Vale
Et me ama · Datum heildelberge · xiij · kal · marcij

¶ Eiusdem Roberti gaguini ad eundem
iacobum qui lilia francorū marcessere scri
pserat ob remissam ad patrem margari-
tam austrie Epigramma ·

Lilia frondescunt: semperque virore recenti
Etherea per liquidum candidiora valent
Illa nec insurgens aquilo: nec chorus aduret
Fomes erit zephyrus: aura benigna deus.
Quinetiam custos opulenti liliger orti
Carolus: humorem fundit: et inde agris
Curat et amplexu magno protendere sepem
Hostibus: vnde ferox sit cohibenda manus
Unde igitur fieri marcentia lilia clamas:
Est quibus ad vitam plurima fibra suam?
Nunquid odoratam sentis nasute poeta
Quod suaue inspirat pampinus hic redolens?
Disce prius mentem [quem fers peccasse] coloni
Et lance appendas quod pia causa gerit.
Non erit hic raptor: nec certe fedus adulter.
Nec temere quanquam dispudiasse feres.

Vale.

¶ Rob. ga. guillermo de rupeforti cācell. lxxviij.



igrediens a tua prestantia nudius quart⁹ regem conueni vix cubiculo egressū. Rogaui: vellet que de germana legatiōe reliq̄ erāt me referre. Is cū antea inter cubicularios lepide nō nulla locut⁹ esset ad meā rogatōnē ɔticuit visusque ē paululū subtristari. nullum enim verbū respondit: sed mox humi prostratus pro suo more orauit. atque ad celestinorū ad me profectus est. Itaque veritus sum offensum eum esse: quasi minus oportune aduenissem. nec minus presentis curie mores sum miratus. que missos in rem seriam oratores non curet audire re

uersos· quasi pluris sit de re gerẽda edoctos legasse q̃z rerum ab eis gestarũ cognoscere rationem Ab eo die domum adueniens: decubui cruciatus articulari morbo qui michi ad salariũ meorum, omnium laborum videtur esse comparatus· Sint alij curiales quib⁹ fortuna amica ẽ· Cure supersatis habeo mei ordinis rebus ministrare· Mitto excellentie tue epistolam quam in germania agens cum breui epigrãmate in eum scripsi qui lilia francorũ marcessere decantauerat: regi propter dimissam margaretam obtrectans· Uale· Parisii· iiij· kal· aprilis·

¶ Ro· ga· Ade fumeo cãcellariatũ gerẽti· lxxix·



On permisit morbus quodiu grauiterq̃ sũ afflict⁹ fortune tue gratulari· que gratiã atq̃ dignitatez tuam fecit his diebus auctiorẽ· Nũc morbo paulum leuatus dare ad te litteras duxi quo officium in te meuz explerem· Itaq̃ tametsi guillermi mors michi molesta est: gaudeo tamen te cancellarij loco assidere et iusticie administrationem tibi esse creditam· Rerũ enĩ humanarum experiantiam abunde calles· neq̃ surreptum iri tibi aliquid iniquũ potest. Igitur ita age ne a recto declines· nec fortune recens hec benignitas: ab amicorum beniuolentia te reddat alienum· Persuasum enim michi est: ne corpore absentem: a tua non excidisse memoria· que vt perpetuo hereat precor· Uale· Parisij pridie idus decembris·

¶ Uvillelmo hermano canonico diui Augusti· Ro· ga· ordĩs· s· trinitatis et redẽptionis

captiuorū generalis minister·S.ep̄la·lxxx.



Uberubesco mox in ipso vestibulo scriptionis ad te mee frati q̄ð vtiꝗ verū est: risisse me cū meū ad herasmo nomen ad te delatū esse legi ita ꝗ si humeris me tollendū suis herasm⁹ recepisset·potuisset molestissimi pōderis nō minus penitere: q̄ꝫ si arionē cuꝫ suo vectore dalphino per equora vehēdum desumpsisset· Alioquin dign⁹ putād⁹ est qui celifero athlanti vicari⁹ suffici possit Sed leue ⁊ qð michi ꝑsuasim feci futile nomen meū nulla mole ferenteꝫ herasmū pressit siue serio siue ioco de me epistolam texuit.preserti dicēdi scribendiꝗ ꝓ̄ptitudine exercitus Quod de amicis interdū faciunt q̄ vere amant Est eni amor cecus ac affectus est loquitur ⁊ scribit·Interdū q̄ꝫ eloquentie autoribus idi ꝑsum accidit quibus ꝓpositū est gloriā ex re qualibꝫ compare·illudꝗ maxīe gl̄iosum existimāt: si hūile q̄ppiā et iacēs oīb⁹ quoad ꝑit dicendi neruis reddāt admirabile. Hic ꝓdiere poetax amatoria deliramenta ⁊ q̄rūdā oratorū in re obscena accuratissime conciones. Quo vitio herasmū ingenue libero: quē nō min⁹ vita et oratione q̄ꝫ vestitu religiosum esse ꝑ sū arbitrat⁹ Amor illū ipulit vt me sui amātē pl⁹ eq̄ efferret·Pernix eni est amor· habetꝗ instar alitis pēnas ⁊ ocissime ꝓuehit quos diligit Tu vero queꝗ de me tibi ꝑferūt beniuolētie scribentis iputa·plurisꝗ hēas ob operibus q̄ꝫ ab extra commendatione facere iudiciū. Laudatori tū herasmo et tibi q̄ scribenti fidē non detrahis ꝑ magnas hēo

gratias. Hoc enim ab illo sum cōsecutus vt tui noti
ciam acceperi. et per te norim splēdorē illū lr̄atorꝝ
virorꝝ qui tuā dudū patriā illustrarunt: ⁊ nūc certāt
efficere cādidissimis disciplinis clariorē. Interq̄s
non postremū tibi locū vendicare vuillelme potes/
quem expior lyrico carmine valentē atq̄ copiosum.
Gratulari ꝓpterea non segniter debemꝰ seculi huiꝰ
felicitati. In quo tāetsi alia multa interierunt exci-
tantur nichilominus plurimorꝝ ingenia rapere cum
prometheo a celestibꝰ splēdidū sapiē lumē q̄d mise
ris īgerant mortalibꝰ. quorꝝ vita variis īstitutis ita
agitur vt q̄d ad vite normā a ph̄is potissimū eligas
dubitare non temere videaris. Censētibus plerisq̄
celi atq̄ astrorꝝ eā vim atq̄ ptātē eē: vt vite atq̄ opa
tionum nr̄arū īperiū et moderationē h̄re gerereq̄
consentiāt. Sed non ego credulꝰ illis. Fallunt ꝑfe
cto maxīe mea sn̄ia plus celo q̄ȝ celi cōditori tribuē
tes. Nā in efficiēdo hoīe tam benignus extitit deus
vt cū rōe cōsiliū et liberrimā opandi ptātē sociaret.
Et quāvim syderibꝰ īpartiuit eā adiutricē dedit ho
minibus non dominā. Quod in geneseos p̄mo capi
te moyses testatur ex persona dei his verbis loquēs
Sint ī sole ī signa ⁊ tēpora ⁊ ānos. solē q̄ȝ atq̄ hoīeȝ
ad gignendū consētire et coopari Aristoteles con-
stanter tradit. Qui et ptholomeꝰ peritia astrorum
illustris/ dn̄ari astris posse hominē non negat. Q̄d
a vero maxīe abhorreret: si celi in hoīes aliqua esset
minime vitāda coertio. Refragatur equidē astris
homo: dū se ad rem iniquā aut periculum procliueȝ
atq̄ destinatū prouidens malo abstinet vel impen-
dentis periculi casum declinat. Nempe sicut animi

virtute atq͡ moderatione viciorum impetus supera
mus: ita omnē illū syderū influxū prudentia suffu-
gimus· Qui cōtra sapit dignitatē humanitatis to
tam tollat necesse ē· Frustra nāq͡ meditabitur mēs
diuinitus accepta· Uana erit omnis ratiocinatio:
inane consiliū· friuole leges inutiles conatus nostri
Que laus igit̄ disciplinis que virtuti relinquitur?
Si nihil nisi qđ celū instillat operamur: quid artes
scrutamur: q̄d angimur? Siue desidem⁹: siue nego
ciamur: e celo erit quod futurum est· Non amplius
videri poterit esse hō ad sydera cōparat⁹ q̄ȝ i manu
lignifabri securis aut terebrū· nec delinquētib⁹ sup
plicium ne de rebus pulchre merentibus premium
debebitur. Sydera igitur deos: sydera rerum oīm
autores gestorēsq͡ cur non adoramus? Cur nam ipi
caldei: et in primis zoroastes cognoscendi syderib⁹
tanta se diligentia addixerunt si illa nosse ab ipsis
astris debebatur· Poterāt alioquin sterrentes atq͡
ociosi celestiū doctrinā atq͡ experientiā adipisci· sȝ
qm̄ de tā odiosa quorūdā sibi sapientium opinione
scribere me admones: in te referas oportet si lōgio-
rē sua conditione contexim9 epistolā: in ea p̄sertī
questione que nō vnis lr̄is sȝ ꝑtenso esset volumine
tractāda· Dicāt ergo an oīa hi celoꝝ indlitores: ce-
los ne et q̄ in eis locata sūt sydera inaīa sūt: an rōne
agentia· Non est in xp̄ianis q̄piā tā stupido īgenio:
vt illa aīata putet: q̄ vno eodēq͡ modo sēp et rōnis
expercia veluti bruta operantur· Nā siue eternitatē
tribuis mūdo: siue ex tp̄e cepisse ꝯfiteris: eūdem ab
oriēte ī occidentē motū cōtraq͡ ei⁹ cōuersionē fatea
ris oportet· Idē angulus: idēȝ respectus rectus vel
li·

obliquus parē quocūq; tēpore eueniet operabitur effectum. Hinc illa est multorū astrologorū sniā cū millia nescio quot annorū euoluta erūt: ita vt ad primum cepte volutionis punctum supremū se celum conuerterit omnia que ab initio orta fluxaq; sunt similia prorsus reparari. Quod si admittimus: suppliciorum frustra perpetuitatem religio christiana predicat. Liberabit a cruciatu caynus. Liberabit abiron: et iudas aliquando saluus fiet: vt christum iudeis iterū pdat. Fulgebit ille item lucifer qui primus a beatitudine corruit. Sed dices. Quidnā de astrorum disciplina arbitrandū putamus? Non est tot luminariū celi vana institutio et fulgor. Nō frustra distat stella ab alia claritate. Lucēt fateor et ea q̄ sub ipsis sūt illustrāt. Terrestrib⁹ cōplexiōes atq; q̄litates īdūt ita vt q̄ corporea sūt oīa fere illis obedientia esse experiamur. hinc cōche atq; ostrea cancrosq; et in plerisq; inanimatis medullas recenti vel plenilunio variari cognoscimus. Ipse quoq; volucres atq; insecta presentiscere pluuias et tempestates compertum est. Quod de coruis manifeste scribit in georgicis maro.

Tum liquidas corui presso ter gutture voces
Aut quater ingeminant. et sepe cubilibus altis
Nescio qua preter solitum dulcedine leti
Inter se foliis strepitant. iuuat imbribus actis
Progeniem paruam dulcesq; inuisere nidos.

Moxq; huius causam ostendens subdit

Haud equidem credo q᷑ sit diuinitus illis
Ingenium/aut rerum fato prudentia maior
Uerum vbi tempestas et celi mobilis humor

Mutauere vias: et iuppiter humidus austris
Densat erant que rara modo et que densa relaxat
Vertuntur species animorũ· et pectora motus
Nunc alios alios dum nubila ventus agebat:
Concipiunt. hinc illi auiũ concentus in agris
Et lete pecudes et ouantes in gutture corui.

¶ Que et in his atqꝫ aliĳs plerisqꝫ aiantibus rimã tes aliquot prudẽtes viri auguria atqꝫ auspicia inuenerunt arbitrati hec q̃ ab astris significant a causis necessariĳs ꝓuenire atqꝫ ita errãtes aios quoqꝫ nr̃os celesti influxu agi diffiniũt· Id aũt q̃ꝫ minime verũ est sic cõiector· Spũs animus nr̃ est sydera corporea· nulla quidẽ ẽ corporis ĩ rẽ spũalẽ facultas aut actio. Ab astris igit̃ nihil patit̃ spũs· Qui tametsi male hitudĩs corp⁹ nactus est atqꝫ inde grauiusculus sit: liber tñ [rõne et prudẽtia adiutus] vincit [si enitit̃] repugnãtes qualitates· Quare liquet astrologos istos de voluntate et liberis animi ꝑationib⁹ temere ferre iudicia· Est enĩ toti⁹ machine celestis vna ĩstitutiõis ad res naturales ratio: vt nulla in tãto nũero stella vel luceat frustra vel reb⁹ gignẽdis nõ ꝯueniat Cooperãt̃ ꝙ parit̃· et si q̃d efficiunt: partes suas vti a cõditore suo acceperũt sic exequũt̃ Quare noscẽda ẽ singularũ cõditio atqꝫ ĩfluẽtia velut symbolũ et coniugationẽ ad sese habentiũ· Nos ignorare neqꝫ ipsi calculatores diffitent̃ ad firmamẽtũ vbi tot stelle cõspiciũt̃ nõ ꝑueniẽtes· nã si a saturno [quẽ supiorẽ planetis oĩb⁹ ponũt] iuppiter: et a ioue mercurius cõspect⁹ q̃litate vari⁹ ẽ cur tã m̃tis firmamẽti lumĩaria vĩ in saturnũ ⁊ reliq̃s planetas hr̃e nõ admittãt: Atqꝫ idipsũ cũ nesciãt astrologi a

vero quoqꝫ efficiendarũ rerũ iudicio ipſos deficere fa-
tendum eſt· Unde cõſequens eſt eos multo minus p-
uidere quid ab animis noſtris gerendũ celeſti influ-
xu vel non gerendũ ſit· Extant apud autores pluri-
ma inanitatis hmõi iudiciorũ exempla que et fati
ſimul et diuinationis humane deſipientiã falſitatẽ
ꝙ oſtendunt· Quorum oĩm curioſum iudicium tũ
priuatis multis tũ regibus non tam non profuit q̃ꝫ
obfuit· Itaqꝫ thales mileſius aſtrologie imprimis
profeſſor cũ ſydera ſcrutaturus domo egreſſus eſſet
oblitus fouee que atrio adiacebat in eam preceps
lapſus eſt: quẽ ridens domeſtica anus hic inquit ce-
li contemplator terrã ignorabit· zoroaſtes eius ar-
tis atqꝫ magie celebratiſſimus autor tã ignorãs ſui
exitus fuit vt Nynũ babyloniũ regem non preſenti-
ret victorem qui eum regno ſpoliaret libris quos de
euentis futurorum ſcripſerat incendio conſumptis
Athlas ille quẽ ꝓpter aſtrorum cognitionem celũ
humeris ferre et monti nomẽ poſuiſſe poete fingũt
hyſpania fugatus in affricam demigrauit· Mittry-
dates has diſciplinas curioſe ſectatus: pompeij ar-
ma ſuffugere non potuit rex videlicet tantus· Ri-
deo propterea iſtos celeſtium ſignorum iſpectores:
qui neqꝫ vrbes neqꝫ edes edificant neqꝫ arant neqꝫ
ſerunt neqꝫ inceptant quicq̃ꝫ qđ diſſuaſerit celi ſy-
derũ qꝫ aſpectus· Scilicet ideo roma non cecidit qꝛ
vulturũ augurio et auſpicatu celeſti romulus eam ĩ-
choauit· Alie ſunt huiuſcemodi deliramentorum
traditiões quas ſciens volenſqꝫ poſthabeo· quas ij
potiſſimũ friuolas experiunt̃ q̃ talibꝰ ĩeptijs ĩuigi-
lant· qui ſepenũero ad magiã ſe cõuertẽtes cũ alijs

opes. honores aliis cōpromittūt: ipsi ante omia pā
nosi egentesq ridenk· Sed de his hactenus. si eius
tam vane curiositatis, testem xp̄m citauero· Nā cuz
a phariseis saduceisq signuz e celo facere rogarek
aeris quidē mutationez e celi leto vel tristi aspectu
iudicari posse cōfessus est. sed faciē inquit celi iudi-
care nostis· signa autē tēpoꝝ nō potestis· Reliquuz
est tue epistole ptē attingere: q̄ de phoꝝ dogmatibꝰ
et sectis certiorē tibi viam designari expetit: opero
sum mediusfidius opus: ꝛ ꝓlixa discussione riman
dum. quippe vbi varia diuersaq et inter pugnātia
fere omnia iuenias· Nā cū duo tantū ab iitio fuerit
phie duo genera· ionicū a thalete· ytalicū a pytha-
gora deriuatū: illud in theophrastū: hoc in epicurū
finē accepit: contendentibus per successionem tē po
rum discipulis meliora suis preceptoribus iuenire
Hinc veteram academiā plato archesylaus mediā
lacydes nouam exhibuit· Subire postea stoyci atq
perypatethetici Cinici quoqz a dedecore canino ap
pellationem sortiti· a fastu item atq elatione qui
daz elenthici nomniati studiosos se veritatis esse ia
ctantes. Quorum oim sententia de reruz principio
de nature conditione de supremo fine controuersiaz
habet· Alii eni vnum· alii duo principia costituunt
Hic aquam: ille ignem nonnulli aerem quidamma
teriam: Athomos alius· amicitiam litemq rebus
omnibus efficiendis causam originemqz assignāt.
sunt quibus res plane comprehendi posse videntur
Contra alii nichil vere cognosci disputant· At qui
de fine vltimo precipiunt dispari omnino opinione
ꝓcedūt· Ex quo omnis in philosophia morali error

accidit Nam sine male constituto reliqua mala om
nia esse q̄ illo perducunt necesse est. A fine eni ratio
eorum sumitur que media sunt ad finem. Qd si cuz
homini phis scrupulosius agas: fines quam pro-
ponunt ratio vltro corporis vitam non protenditur
Enimuero si in virtute perfecta finem cum stoycis si
stimus: quo virtus corpore corrupto permanebit.
Si ad virtutem fortune bona vt voluit Aristote-
les iungas: nunquid illa ipsa sicut et corpora intere
unt? Peribit igitur cum illis virtus et vita beata.
Si cum epicuro amplectimur voluptatem. desinat
parit cū corpulētia voluptas oportet. Itaqꝫ qn k los
deos eē diffinit nihil relīq pꝰ p̄sētes vite miserias p
manere cōfitet Errauerūt pculdubio omēs si totam
illorum traditionem consideras: etiam ij quibus di
uinitatis aliquis splendor illuxit. Nam cogonscen
tes dei mirabilia dei gloriam vt inquit diuus pau-
lus ad simulachra trāstulerūt. Que igit int tā mul
tas vanitates esse potest electio? Cautione opus est
cū ex densis vuilelme spinis flosculos carpis. Mul
ta apud illos viro sunt simillima. Nec falsum vlluz
sine verissimilitudine suaderi potest. Philosopho
rum proterea lectio nisi recte instituto et sapienti a
nimo piriculosa est atqꝫ eo magis: qꝫ eloquentia va
lent atqꝫ delectant quam merito suspectaz habet nō
dum sapientia formatus christianus. dum blandiē
tem orationis pulchritudine falsitatem inamate ve
ritatis locum admittit. quāadmoduz ergo propter
vnius peryarcon errores originem non legendum
autore hieronymo ecclesia iudicauit ita aphoꝝ gen
tilium studio arbitror esse declinandum Que tamē

apud illos sententie velut gēme fulgentes micant nec pietati aduersantur eas ad ornatum et decorez veritatis desumere catholici doctores nō prohibēt Presertim ab iisqui consonantia fidelibus discipli nis tradiderūt: sicut maxime esse perhibetur plato. et aliquot stoyci quibus virtus in precio est vicium autē perhorrendum sunt preterea alii a quibus seue ritatem castimoniam paupertatem discas atqz soli tudinē. Vix tamen de est illis fastus et inanis fame atqz nominis appetitus vt heraclides ponticus suo errore edocuit. Hic enim cum draconem educasset moriens iussit se occuli et draconem lectulo supponi vt sic celatus ad superos raptus esse crederetur. sed clamoribus efferre eum volentium excit9 draco se= met indicauit proditusqz est dolus diuinitatem af= fectantis. Hec habui que festinanter ad te de astro logis atqz phis decurrerem. Que tametsi vera esse autumo: illa tamen non ita digesta esse estimes: vt aliorum qui meliora forte sentiunt autoritatem res puas. Noli cuiuspiam te snie sic adiicere. quin in= tegrum tibi sit sequi sanctiora. Nunc ad meam de francis hystoriam accedo que anno vno a me graui ter egrotante excusa est. s3 tam raptim ab impresso re diuulgata. vt nulla fere carta careat erratis. Nec placent michi inculcati caracteres quib9 nostri nūc liberarii per franciam vtuntur. Constitui propterea recognocere meos labores et reconitos ꝯmittere ꝑitio rib9 opariis q castigatū op9 restituāt. Vale. apōpisi os. xvi. kl. octobris.

R. Ro. gaguinus Rogerio cenobite regu= lari. S. lxxxi.



Uos de me ſcrⁱptos verſus ad me mi-
ſiſti eos libens tibiq₃ beniuol⁹ legi
Illi enim q̃ztũ ad hũanitatis ſtudia
propenſus es nõ obſcure teſtantur
qua ĩ re ſi diligẽs eris non parũ iu-
cunditatis tibi acceſſurũ eſt: dũ ter
ſiſſimos autores: ⁊ non eos q̃ vulgo
habentur leges aridi ſine ſucco ⁊ ſniaꝝ ineptitudĩe
aniles. Itaq₃ op₃ maxime diſcentem aſſueſcere me
lioribus et ſic formare aĩ₃ probatiſſimis inſtitutis
aſſiduaq₃ imitatõe optimorum p̃ceptorum. vt ſoli-
dus in illis perſeueret etiam ſi ad minus diſciplina
tos codices ludi cã ſe conuertat. Ad quam rem nul
lo preceptore eges. Enimuero q̃ztũ ex tuo carĩe ſuſ-
picari l₃ apte feliciterq₃ exorſus es. Sedul⁹ g̃ quod
bñ cepiſti pſeq̃tor neq₃ id me ſcribere iõ putes q̃ om
ne tuũ carmẽ ĩ mea s ꝯſũmaſti laudes vbi tãetſi p̃ter
ꝯſciã₃ meam m̃lta a te cumulata ſũt: tue hũanitati
aſcribi d₃. ⁊ tue q̃ð ĩ me beniuolẽtie g̃ras ob eã rem
hẽo: hiturusq₃ ſũ. Nemo eĩ ſua p̃conia l₃ fidem exce
dãt inuit⁹ audit. nõ mediusfidi⁹ extollẽtie cã. ſ₃ vt
q̃ð falſo ſibi ĩ dari ĩtelligit id reuera adipiſci ꝯtẽdat
Q̃ð cũ vere in me aĩa duerſo ĩg̃ratiõis ⁊ deſipientie
mee ꝯſci⁹ alteri⁹ tandẽ laudatiõe admonit⁹ me ca
ſtigo. Scriptiões eteni mee pri⁹ fateor in lucẽ ĩpellẽ
tib⁹ amicis ꝓdierũt: q̃₃ ſeueriſſima fuiſſent lima ab
ſterſe: q̃zq̃₃ ꝓpalãdi nois amor fere oĩbus blandĩẽ
vt parum emendatas lucubrationes edere interð
obtineat. ſ₃ illud potiſſimu₃ ſcriptoribus perſuaſũ
eſſe op₃ veritati magis q̃₃ ſplẽdori orationis laba
borẽ accõmodare ſuũ. Itaq₃ rar⁹ ẽ q̃ dicẽdi elegãtiã

ita obseruet. vt calũniatorẽ vitare oĩno possit: In oĩ
profecto disciplina cũ presto sp̄ detractor assit nulla
plurimorũ iudicio obnoxia est q̄3 rõ dicẽdi Admitente
ignorãtissio q̄3 se videri disertũ cũ de orõis stilo ꝛ for
mula mouet qõnẽ. su p̄abũde igr̄ michi erit: ñ offẽdis
set vitarẽ ijs q̄ de m̄ris xp̄i puritate a me edita circũ
ferũt. Quib⁹ si q̄s ex emulatorib⁹ repugnabit dĩna
ira supplicũ dabit. Uale. apud p̄isios. iij. id. Aug.

Robertus gaguin⁹ Bostio Carmelite. S. lxxxij.



Uid est q̄ sp̄ ad scribẽdũ bosti me ꝓuocas. de ijs p̄serti rebus q̄ disertissimũ et plurima sapientem disiderãt? An nescis quos i me latratus marie a me defensa integritas excitauit? Hercul⁹ labor est cum tot monstris depugnare: quot h3 professio veritatis. q̄bus et prostratis vipereum aliquid in pectore palpitat nec aliter q̄escẽt q̄3 publica p̄tãte coercitĩ. Q3 difficillimũ factu facit illorũ astus. Contortis eni3 atq3 inuolutis locutionibus venenũ obtegũt vt altero sẽp intellectu diriuari atq3 iterpretari possit q3 loquũtur. Quo fit vt i meliorẽ exitũ bifrontẽ argucĩã benignus interpres vertat. ita vt in cõtentione posita veritas latitet sp̄ caligine circũducta. Ea propter insidijs locate hereses parauerunt inquit dauid sagittas suas i pharetra vt sagittẽt i obscuris rectos corde. Et iterũ. subito sagittabũt et nõ timebũt. Firmauerunt ei sermonem nequã. His causis ip̄e tardat⁹ res propter vetustatẽ atq3 incertitudinẽ difficillimas non assummo tractare et iochim sanctum q̄de3 virum orõne mea illustrari satis posse diffido cuius nec genus nec gesta vt meritus est ampliauit

nemo·nõ ausus vt sentio latinis afferre:quod apd
hebreos grecosq; apochryfa legisset· Nec tñ dubia
fide sum:ꝓximos mr̃is dei parẽtes oportuisse vite
sctificatõe cõmẽdari q̃ omniũ sanctificatorẽ in lucẽ
ꝓdituri erant· Sȝ illud miror:tãto illos tp̃e celebri
tate et ãnuis solemniis caruisse: q̃bus post beatissi-
mã quã genuere prolẽ laus honor cultusq; debetur
Ad dei tamẽ prouidentiã refero oia:q̃ rerum vices
tẽpat et momẽta· Scripsi iterũ de sãcto patriarcha
sicut velle te noui carmẽ:keimolani tui versibus ad
monitus· Cuius et tuis sacris p̃cationibus multum
me cõmẽdo· Dedi ad badium de nr̃is hystoriis litte
ras:vt aliquot michi volumia mittere festinet·q̃ȝ-
q̃ȝ id difficillimũ est·tũ q2 nẽmo nisi nũdinis exactꝭ
ad nos vector cõmigrabit·tuȝ q2 pestilens aer Lug
dunũ īfestat·Vale.apd parisios·iij· idus augusti·

¶ Regine castelle ꝛ granate Ro·ga·S· lxxxiij·



Ittere tue celsitudinis me letificaue
rũt vehementer· Non enim res alia
gratior michi nunciari potuit:q̃ȝ mei
ordinis et fratrum qui in eo viuunt:
et deinceps victuri sunt regularis se
cundũ dei precepta cõuersatio· Pro
pterea ei vocauit eos deus in sanctũ
religionis contuberniuȝ·vt desertis seculi huius in
anibus illecebris:spiritualẽ vitaȝ degant· et spirẽt
in alios bonum odorẽ omnis continentie ꝛ virtutis
Cui celesti discipline quia laudabile principium de
disti vtinam diu in eo ꝓposito ꝑseueres· Magnum
nempe incremẽtũ est bene agere cupienti principiũ
exhortatio:et adiectus interdum terror· Itaq; iuã

deuotionē laudo maxime. que difficilioribus occupata curis respexit tandez humilioris conditionis homines dei seruos: vt eos admoneret sursuz oclos tollere et recognoscere sue libertatis et salutis autorē· Idcirco tuā benignitatē oro. vt quos ad frugez sanctioris vite surgere intelligit. eos foueat· et iugiter amplificet· Eos vero qui ceno imersi voluptatū iugum reijciunt discipline. ad nostre p̄marie institutionis obseruantiā tua maiestate compellas · ita vt vnius ordis ꝛ ꝓfessionis vna sit vite ꝛ moꝝ integritas· Sicut eni regulā obseruantib⁹ auxiliari deside rio ita· repugnātib⁹ ꝛ aliorsū tēdētib⁹ virgā correctionis· queadmodū religiose hortaris īducā. Enī uero credēdū est· moꝝ puritatē et religiosorū viroꝝ sanctimoniā multū ꝓdesse regnoꝝ moderatoribus dū hi iusticia et legibus pp̄los regūt· illi orōnibus· et pijs assidue supplicatōib⁹ deū placant· Uale felix et optima regina· Ex vrbe parisiorum kal̄· Septemb· M·cccc·xcvij·

Robertus ga· Ep̄o Rodeueñ·s· lxxxiiij·



Non mireris dignissime p̄sul si ipe q̄ precatōr suz dignitatē tuā nō adeo pedū ei officio sum destitur⁹ et articularis morbi iīquitate grauissime affect⁹·tot⁹ ī stratu decūbo·vtar ꝓpterea vicaria apꝺ te epistola quā mei loco loquētē p̄cor admittas· est ī vltio remoꝝ agro ad finē cāpanie vic⁹ cui grāde pratū appellatū est: ī eo est mei ordinis sacellū proxie ānē errā extructū qꝺ alluuiōe flumis p̄tī dirutū extenuatūq3 tpoꝝ malicia visit adeo vt vix īcoli possit īstitui tū ī eo re

ctorē mei ordīs q̄ ⁊ rē dīnā faciat: ⁊ edes istauret ꝓ ei⁹ ꝯseruatōe. Mos ad hec tꝑa ꝑuenit q̄stā ꝑ remoꝝ dyocesim noīe diuīe trinitatis ⁊ redēptionis captiuorum exercerere et quod a confratribus colligitur: id ī ꝑtes tris disꝑtiri: ꝑmā in mistri et pauperū alimetū: alterā ad reꝑandas domos: tertiā ī liberandos captiuos. nūc aūt mutato pastore. vicarij ꝑfce īstitōis de q̄sto ꝯsuetudinē admittere te īcōsulto recusant ꝓpterea ꝙ earū rerū ⁊ pioꝝ operū reuerendissimus archipresul: tue solicitudini ꝯmisit. Ei⁹ ergo negocij causa q̄ ex te vno pēdet pietatē tuā ꝓ meo officio et cura exoratā maxīe veli rescribere venerabilibus vicarijs ne assuetū diu morē legendi cōfraternitatis redimendorū captiuorū cā pretermittāt sed litteras ad tam piū opus explēdū iure optimo atq̄ vetustissimo largiantur si ita facere dignaberi certus sum ruine sacelli et hospitalitati pauperum proxime cōsultū iri: itaq̄ eorū operū fore ꝑticipem Consule igitur ruenti loco: et laudatissima cōsuetudine nichil detrahi tua sinat benignitas. Vale quātū virtus et tua fortuna iuste promeretur. Ex cenobiolo diui maturini parisiorū xvi. kal. marcias.

Excellenti et preclara virtute viro dño Guidoni de rupeforti francie cancellario. lxxxv.

AD diuturna et perpetua mea mala illđ molestum valde michi accidit ꝙ te aduenientē non visere nō venerari non alloqui coram licet. Cum maxime cuperem hominem in amplissima fortuna cōstitutum officio gratulationis obseruare. fuissꝫ iocūdū mihi

innouare dulcẽ illã memoriã prestantissimi fratris tui cuius sapientia et familiaritate iocũdos aliquã do fructus me excepi plerisq legationibus occupatum auctoritate consilio et prudentia freq̃ter adiuuit: cepissem preterea ex te consolationẽ quandaz virtutis qua te scio nõ mediocriter cumulatũ. Sed qm̃ his omnib9 viã p̃cludit molestissima valitudo illud te precor in languescẽte pectusculo valere animũ existima qui bene tibi optare nõ desinet nec obse qui grauabitur si iusseris. Ex grabbato nostro apd diuũ maturinum parꝭ·xiij·marcias.

¶Idem cancellario epistola·lxxxvi.

Hic q̃ meas ad tuã excellẽtiã lr̃as accepit: ducitur desiderio curie cognoscẽde si fortũe beignitatẽ expiri forte possit Est ei litteratura mediocri erudit9 q̃p pe q̃ iuri põtificio operã aliq̃n dedit: timeo ne p adolescẽtie errorẽ vagus obliuiscatur sui. Illũ propterea tue excellẽtie cõmẽdatũ esse maxime oro vt tuo fauore aliq̃ loco apud p̃sonã illustrẽ obseq̃ndi gr̃a collocetur. Est ei probatis moribus nec fraudis aut doli mali: tegnas nouit: si hanc gratiã p te cõseq̃r me illum q perpetuo beneficio affeceris. Uale. Ex meo cubili·xi·kal·aprilis.

¶Sacro theologorũ doctorũ parisieñ. academie collegio Robertus ga. in eadem academia põtificij iuris interpres ordinis·s·trinitatis de redẽptione captiuorũ minister generalis·S. lxxxvij.

Scio difficillimũ esse de pietate scribenti: etiã si fidelibus nitit̃ testimonijs p̃terire ĩpune calun

nias inuidiorũ. stant enĩ passiz arrectis auribus nõ
tã vindices falsitatis: q̃z aliorũ benefacta perosi dũ
suo nomĩ id nociturũ putãt. quod aliorum laudi cõ
cessum indignantur. Quod supra aliquot ãnos mi
chi cõperi euenisse in illo tantillo codice. quẽ defen
dendi virginei candoris et marie innocentie cã edi=
deraz. insultantibus in me aduersarijs qui iampri
dem consuetudie fecerunt calũniandi quecunq̧ ad
conceptionis puritatẽ afferre solet pietas fidelium
Adeoq̧ sthomacosi fuerũt libidine detrahendi. vt
criminis hereseos isĩmulent. quos in pijssimã ꝓpen
sos sententiam animaduertunt. Eam ob rem timo
ratus ipse libellũ recognoui. si quid in eo admisissẽ
quod veritati cõtrairet. ⁊ michi quidem visus sum
intra fidei regulas ambulasse atq̧ eatenus defen=
disse marie candidissimã puritatem quatenus secũ
dum christi precellentẽ innocentiã oportebat. Por
ro q̃ subobscura erãt illustraui. adiectis aliq̃t ratiũcu
lis. q̃ aduersarioꝝ iactãtie ⁊ gloriolis occurrãt: sed
nõ id circo assertationis mee securus. emittendã e
sinu meo recognitionem arrogaui. nisi prius ve=
stro iudicio omnia subijcerem. Itaq̧ q̃nquidem to
ta theologici studij atq̧ certamis hec disceptatio ẽ
vr̃m examẽ iure subibit quo ꝑmulti olim aut steterũt
aut ceciderunt. Quod enim vestro libratum est scru
tinio id sñ dubietate veꝝ iustũq̧ a fidelissimis q̄bus
q̧ suscipit. Xp̃iane nẽpe religiõi nõ minꝰ firmamen
to: q̃z arrogãtie pꝛimoꝛuz formidini semper fuistis
Nam theologice sapie et laudis vestre est maiorũ ve
strorum grauis quõdam in ioannem de montesono
definitio. cuiꝰ defẽsorẽ ebroicarũ põtificẽ guillermũ

pena sīris ɔplexa est· Quos ad parē errorem secu-
tus ioanne thomas vestro examine damnationē ac
cepit· Eodem exemplo Adam suessione⁹ plexus est
Nec vestram gaufridus de sancto martino censurā
euasit. Joannes ade temeritas erroris sui pſidiā vo
bis insequentibus abnegauit· sed nunquid petrus
de cachero ioannes nicolai petrus quoqꝫ de cherta-
co vestris disputationib⁹ superati publice retractio
nis diffamatione se insignes reddiderūt ꝛ famosos
Est profecto sacrosanctum vestrū collegiū aduers⁹
falsam doctrinā constans in ciuitate dei pſidium·
fidei et pietatis robur· veritatis specula. falsitatis
et pseudo doctorum vindex et malle⁹· Eapropter si
quod de virginis inmaculata origine a me scriptū
et vobis dicatum est: id sapientie vestre decreto pro
babitis: omnes latrantium et liuoris insidias secu-
rus pertrāsibo veritate maxime et vestra autoritate
protectus· Valete prosperitate continua vigilantis-
simi fidei christi ꝓpugnatores· Ex diui Maturini
Parisieñ· Cenobio. kl̄· octobis· M·cccc·xcvij·

¶ Epistolarum ac orationum· Roberti
gaguini. Finis·

